




erth. keine Halle - Wittenb.  
Diss.





27

EX  
SPECIALI CONCESSIONE  
*SERENISSIMI ET POTENTISSIMI*  
**R E G I S P O L O N I A R V M**  
ET ELECTORIS SAXONIAE  
*DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI*  
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS  
CONSENSV

DE  
**RELIGIONE SEPVLCRORVM**

*SINE P R A E S I D E*

DISPV TABIT

**GEORGIVS CHRISTOPHORVS**  
**P L A Z,** Lips.

J. V. Ldus.

---

LIPSIAE D. XXI. DECEMBR. M DCC XXV.

---

LITERIS IMMANVELIS TITII.

SPES CATHOLICÆ  
REGIS POLONIÆ RYAN  
MAGNIFICÆ DOMINI  
REIKONIS PER AGRUM  
GEORGII CHALDORPHI

VIRO  
ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
**GOTTLOB HIERONYMO**  
**DE LEIPZIGER**  
DYNASTAE IN HEYDA &c.  
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO POLO-  
NIARVM REGI ET SAXONIAE ELECTORI  
A SANCTIORIS STATVS CONSILIIS  
NEC NON  
SVMMI PROVOCATIONVM JVDICII  
ET  
SENATVS ECCLESIASTICI PRAESIDI  
EMINENTISSIMO  
**DOMINO SVO GRATIOSISSIMO ET RELI-**  
**GIOSISSIME COLENDO**  
HVNC LIBELLVM ACADEMICVM  
PERPETVI  
ERGA TAM EGREGIVM STVDIORVM MOECENATEM  
OBSEQVII CVLTVS, VENERATIONIS  
SPECIMEN  
D.D.D.  
**TANTI NOMINIS**

indefessus admirator & humillimus Cliens

GEORGIVS CHRISTOPHORVS PLAZ.



*O Mni religione VIR colende,  
Sacræ religionis o columna,  
Sancto religionis in Senatu  
Primum cui pietas locum paravit !  
En, de religione qui libellus  
Hic prodit , veteres enim sepulcra  
Inter religiosa retulerunt,  
Unum TE, cui rite dedicetur,  
Me circumspiciente, mens ministrat,  
Unum TE, tenuis quod hæc opella  
Lucem fert , cui debo faventi.  
Ergo jure TVVM quod est, negare  
TVO Religio vetat clienti.*



## SECTIO I.

# DE RELIGIONE SEPVLRCRO- RVM EX DISCIPLINA LEGVM ROMANARVM.

### I.



Iversa prorsus pro cuiusvis *Omnium gen-*  
*populi indeole & moribus tiam de se-*  
*mortuos sepeliendi genera <sup>pultura cor-</sup>*  
*extiterunt. Uno tamen eo- <sup>porum suo</sup>*  
*demque desiderio cuncti fla- <sup>flici-</sup>*  
*grarunt, quo etiam post*  
*obitum corpori suo, quod*  
*vivi adeo soverant, bene*  
*esset, vel certe istud variis incommodis subtrahere-*  
*tur. Aut enim crediderunt olim gentiles, ipsum cor-*  
*pus post hunc e vita discessum quiete sua frui, hinc*  
*ut ad eam componeretur optarunt, aut de alia qua-*  
*dam metamorphosi sibi finxerunt fabulas; certe no-*

A

luere,

luere, ut mortuorum cadavera aliorum conspectui, tempestatis injuriæ, & ferarum dilaniationi obnoxia essent, sed ut corpus vel ossa cineresque humo mandarentur, forte persuasi ipsorum corpora terræ, cui originem deberent, vel in quam aliquando converterentur, reddenda, ut LVCANVS (a) canit:

*Liber fortunæ mors est, capit omnia tellus  
Quæ genuit;*

Hujus itaque rei cura ipsos adeo ceperat, ut nullo piaculo expiari posse crederent, si cadavera, aliorum auxilio destituta, insepulta relinquerentur. Inde HORATIVS (b).

*At tu nauta vagæ ne parce malignus arenae,  
Ossibus & capiti inhumato.*

& paulo post eodem loco:

*Quanquam festinas, non est mora longa, licebit,  
Injecto ter pulvere curras.*

*De eo para-* Rariora autem exempla eorum, vel inopinata potius doxa Philoso- effata sapientum, qui neglecta sepultura, post obi- phorun quo- tum suo corpori, ubicunque illud esset, bene, vel runderam sen- certe non male esse decebant; Inter hos autem EPI- senia. CVRVS (c) & DIOGENES Cynicus uterque Philosophi caput extollunt, quorum ille negabat, sepulturam curare sapientem his allegatis argumentis: si nihil sentio, non pertinet ad me jactura corporis, si sentio, omnis sepultura tormentum est; hic in aper-

(a) LVCANVS L. VII. v. 818.

(b) HORATIVS L. I. Od. 28.

(c) DIOG. LAERT. in vita Epicuri.

apertum projici campum optabat, apposito ad latus baculo, quo vim ferarum ipsius corpus aggressuram repellere posset, si forte domestici sui crederent, aliquem sibi post mortem adhuc sensum superfore. (d) Aliorum jam judicio relinquam, an sapientem ita loqui deceat: Non sentio, ergo corpus meum iusta sepultura prohiberi omniumque spectaculo, ad instar canini cadaveris relinqu cupio; Lacedæmoniorum potius instituto occupatus, quorum animis in prælio contra Messenios, Tyrtæi poetæ claudi monituntus injiciebatur ardor, ut non de salute, sed de sepultura sua solliciti, tesseras insculptis suis & patrum nominibus dextro brachio diligarent, ut si omnes adversum prælium consumisset, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex titulorum indicio tradi sepultura possent. (e) Insuper & eorum gentium exempla prostant, qui stupenda opera & incredibili conatu in mortuorum sepultura ita laborarunt, ut ingentes obeliscos pyramidesque adhuc hodie miraculorum numero adscribendas, ad cœlum extollere indefessi fuerint. Taceo Americanorum aliorumque plurium religiosas circa sepultra & suorum cadavera consuetudines, quas eo magis admiramur, quo certiores semper fuimus ipsos miserrima cœcitate sepultos jaceret.

## II.

Non minor olim Romanorum cura erat, quam in *Romanorum*  
*sepeliendis defunctorum* *cura in se-*  
*sepeliendis mor-*

A 2

se

tuis.

(d) Idem in vit. Diogenis.

(e) JVSTIN. L. III. c. 5.

se, multa autorum testimonia comprobant. Hi enim non legibus solum in hunc finem in ipsorum Republ. conditis receptis, sed & pio quodam fervore agebantur, non civibus tantum de se bene merentibus, sed & hostibus istud exhibere, quod naturam a quovis mortalium exigere sciebant. Hinc, ubi JVSTINV S (a) testatur, Alexandri M. primam curam paternarum exequiarum fuisse: nem o nescit hanc pietatem patri a filio deberi, neque mirum erat si civis civi ultimas parabat exequias, quale exemplum SVETONIV S (b) recenset: Caligulam sicubi clarorum virorum sepulcra cognosceret Manibus inferias dedisse; cæforum clade Variana veteres ac dispersas reliquias uno tumulo humasse, easque sua manu collegisse & primum comportasse. Exinde enim insolitum amorem eluiscere non credebant, sed, cum ne publicis quidem hostibus illud denegaretur officium, virtutibus rarissimis studuisse Romanos apparebat. L. Corn. Consul primo bello punico, cum Albiam oppidum cepisset, pro quo fortissime dimicans Hanno Dux Carthaginem occiderat, corpus ejus a tabernaculo suo amplio funere extulit, nec dubitavit hostis exequias ipse celebrare, tum demum victoriam & apud Deos hominesque minimum invidiæ habituram credens, cum plurimum humanitatis habuisset (c). Quis Car-

*Experieban-*  
*tur eam*

*cives*

*hostes*

(a) Idem L. XI. c. 2.

(b) SVETON. Vit. Caligulae c. 3.

(c) VALER. MAX. Histor. L.V. c. 1. num. 2.

thaginensium infensissimum adversus Romanos animum, toties in Romanorum ruinam inita consilia, ad aram Deorum de internecione civitatis præstata juramenta legit? & non admiratur, tanto etiam in hostes amori nihilo fecius ipsos locum deditis. Fecit idem Cæsar, qui Pompeji caput plurimis & pretiosissimis odoribus cremandum curavit, (d) quo in exemplo LVCANVS hæc dicentem sifit Cæsarem: (e)

*Vos condite busto*

*Tai i colla ducis: sed non ut crimina tantum  
Vestra gagat tellus, justo date thura sepulcro  
Et placate Caput, cineresque in littore fusos  
Colligite, atque unam sparsis date manibus urnam.*

Ex quibus exemplis luculenter satis videri potest, quam studiosissimi religionum fuerint Romani, quam etiam laudem ipsis plerique tribuere scriptores, quod putarint, nil magis arguere Deos, quam internissam ipsis debitam religionem, at vero Deos Manes hædi opinabantur, si quem a sepultura arcebant, unde summo eos prosequebantur odio, quos religionum cura non tenebat; Neque mirum est, quod mortuo Tiberio plebs Romana Tiberim, uncum scalasque Gemonias minitaretur, cum idem Imperator circa Deos & religiones (f) negligentior esset, imo pars Romanorum terram matrem Deosque manes orarent, ne mortuo sedem ullam, nisi inter impios darent; testante SVE-

A 3

TONIO;

(d) VALER. MAX. Histor. L. V. c. ii. num. 10.

(e) LVCANVS L. IX. v. 1089.

(f) SVETONIVS vit. Tiberii c. 169.

TONIO; (g) Religiosa sepultura eum indignum jugicantes, qui Deorum religionem adeo spreverat.

## III.

*Sepulcrorum  
Definitio.*

Sed magis ad rem. Cum enim monstrandi animus sit, maxime sollicitos fuisse Romanos de Religione sepulcrorum conservanda, ante omnia sciendum, quid Romanis sepulcra fuerint. Erant autem ipsis ea loca, *in quæ corpus ossa hominis defuncti condebantur*; (a) quam definitionem sepulcri, præcipue ideo non rejecimus, quia et lege fundatur, & præcipua in se complectitur requisita, quæ naturam sepulcri religiosi constituunt. Dicitur autem locus, ubi *corpus ossa hominis conduntur*, quæ res ex antiquo Romanorum ritu elicienda: sufficere enim credi poterat dixisse *corpus*, cum corpus ossa insimul complectatur, & superfluum videbatur corpus & ossa a se invicem separare; cum autem Romanorum alii corpora defunctorum integra servarent, & sic humo mandarent, alii eadaveribus rogo impositis & combustis, tunc cineres ossave demum sepelirent: omnino hæc duo sepulturæ genera a se distinguenda fuere. Ita enim hunc ritum Romanis fuisse confirmant cum aliis MEVRSIVS: (b) *Primi fuere Romani, qui suos mortuos cremabant, quod deinceps Greci ab ipsis didicerunt, desierunt autem & integra postmodum membra sepelire cuperunt*; Unde autem Romani com-

*Romani ritus  
circa sepulta-  
ram ex defi-  
nitione eliciuntur.*

ROMOT

buren-

(g) SVETON. vit. Tiberii c. 75.

(a) L. i. 2. ff. d. Religios.

(b) MEVRSIVS d. funere c. 10.

burendi ritum accersierint ignotum; id saltem constat veteris instituti Romanorum fuisse, ut terra conderentur cadavera. Nemini vero necessitatem incubuisse, defunctis igne exequias parare ex CICERONE patet. (c) Multæ, inquit, familie utebantur sine igne sepultura, ut scimus, Gentem Corneliam usque ad memoriā nostram hac sepultura usam. Cum ergo alia Applicatio ad familiæ integra corpora, alia saltim ossa & cineres se-pulcris conderent, non inepta est definitio legis, in qua sepultura corporis ab ossium cinerisve humatione distinguitur. Brevibus hic adhuc monere liceat, alia fuisse Romanis sepulcra *Familiaria*, quæ quis sibi suæque familiæ, (d) alia *Hæreditaria*, quæ quis sibi hæredibusque constituebat, vel quæ Paterfamilias hæreditario jure acquirebat. (e)

## IV.

In genere autem omnia sepulcra cujuscunque *Omnia sepul-*  
fuerint naturæ, sive familiaria sive hæreditaria *reli-*  
*via Roma-*  
*giosa* erant Romanis, quæ vox uti varias patitur in-  
terpretationes, ita nec defuere, qui eandem critica sua *Critica vocis*  
arte enucleare studuerunt. Conferemus aliquot sen-  
tentias, exinde visuri vel L. B. potius relicturi, quæ  
ad ipsius palatum erit. Videatur, ergo GELLIVS,  
qui in Noctibus Atticis (a) ita: *Maffurius autem Sa-*  
*binus in commentariis, quos de indigenis compositi,*  
Reli-

(c) CICERO L. II. d. Legib.

(d) l. 5. ff. d. relig.

(e) d. l. it. l. 6. ff. eod.

(a) GELLIVS Noctib. Attic. L.IV. c. 20.

*Religiosum*, inquit, *est*: *quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est*. Deinde CICERO: (b) *Religio autem est, quæ in metu & Ceremonia Deorum est*. Si aliquid de hisce opinionibus monendum esset, & GELLII & CICERONIS sententias, quas adduximus, non destitui assensu probabile est. Utraque enim ex antiquitatibus quoque explicari poterit; Ita si GELLIVS cum Massurio Sabino Religiosum id appellat, quod a nobis remotum & sepositum est, sane sepulcræ, quæ olim ab urbe omnino remota erant, sub titulo religiosarum rerum recte comprehenduntur. Nam cum ex Numæ præceptis, deinde per Leges XII. Tabb. mortuum in urbe sepelire non liceret, ista sepulcræ ideo poterant religiosa videri, quod a Civitate remota erant. (c) (d) Nec CICERO errat, qui Religionem esse existimat, quæ in metu & ceremonia Deorum est; Nil enim magis constat, quam loca humandis cadaveribus destinata simul Manibus DIS fuisse conservata, quod formula *D. M. vel D. M. S. vel DIS Manibus Inferis Sacrum* (e) satis luculenter commonstrant. (f) Sed de his infra uberiorius. Jam satis est ostendisse, quam bene omnes de vocabulo *Religiosum* opiniones defendi possent, si res ea adeo nobis curæ foret. Brevibus saltim istud adhuc monendum, quod & a variis Au-

tori-

(b) CICERO Lib. d. invention. 2. p. m. 218.

(c) CICERO d. legib. L. II. c. 23.

(d) L. 3. ff. d. sepulcr. viol.

(e) L. 12. C. d. relig.

(f) GVTHERVVS d. Jur. Man. L. III. c. i.

tōribus anno fatum animadvertisimus, sepulcris insuper *Sepulcra in-*  
 quod ipsis audiant religiosa, sacrorum & sanctorum *super sacra*  
 quoque cognomen competere, sanctum enim appellant *& sancta ap-*  
 sepulcrum, quia sancta est poena in violatores sepulcro-  
 rum (g) sanctum etiam vocat CICERO: *sic Pontifi-*  
*cio Jure sanctitudo sepulturæ &c.* (h) & religiosæ  
 res in genere, quia Pontificio juri suberant, aliquan-  
 do sanctæ dicuntur, tanquam sanctione a Pontificibus  
 munitæ. Nec minus sacra dicuntur, quia DIS Ma-  
 nibus sepulera dicata & consecrata fuisse olim legi-  
 mus. LVCANVS: (i)

*Cum tibi sacrato Macedo servetur in antro.*

Hicce ponderatis si in tractatione nostra *Religiosi sa-*  
*cri & sancti* nomine promiscue sepulcra insignie-  
 mus, L. B. agnosceret, non inconsulto istud a nobis  
 fieri.

## V.

*Religiosa res hominibus religionem incutit.* (a) *Religio in fe-*

Non mirum ergo, quod Romanis, qui antiquitus *pultura mor-*  
 præcipuum humanitatis laudem sibi vindicabant, *turum cum*  
 quique religionum ceremoniarumque ad supersticio-  
 nem usque curiosissimi erant, religio defunctorum & tu-  
 mulis debita, adeo cordi fuerit. Præter religionem  
 vero cadaveri exhibendam, pictatis officium quoque  
 non negligendum esse existimabant, quæ cum ante

B sepul-

(g) L. 9. §. 3. ff. d. R. D.

(h) CICERO d. Republ. L. IV.

(i) LVCAN. L. VIII. 694.

(a) CICERO d. Invent. L. II.

sepulturam cadaveri defuncto collata fuerit, a religione diversam constituisse speciem nemo non videt. Pietas hæc defuncto ab amicis vel aliis ipsi coniunctis personis exhibebatur ante sepulturam; Religio non citius mortuo præstari poterat, quam corpus ossave ipsius terra tegeret. Quasdam pietatis species in medium duxisse juvabit. Exhibebatur autem illa, vel filio a Patre, vel Patri a filio, vel conjugi a conjugi, vel nemine horum superstite, ab amicis qui in intimiori quodam amicitia vinculo cum defuncto conexi fuerant; sic oscula ficebant interdum ei, qui jam spiritum efflabat, quo viderentur extremum vale dicturi animamque adeo dilectam ore quasi excipere velle, quod habes in TIBVLLO: (b)

*Flebis & arsuro positum me Delia lecto*

*Tristibus & lachrymis ocula mixta dabis.*

Neque ille mos ipsis ignorabatur, qui nobis adhuc hodie solennis est, ut mortuo oculos clauderent, quod præprimis liberi a parentibus, mariti ab uxori-bus, & vice versa exigere videbantur; elegans in hanc rem LVCANI locus (c) ubi de Argo animam jam agente ita:

*Ille caput labens & jam languentia colla  
Vix patre levat, vox fauces nulla solutas  
Prosequitur, tacito tantum petir oscula vulnu  
Invitatque patris claudenda ad lumina dex-  
tram.*

Et

(b) TIBVLVS L. I. eleg. i.

(c) LVCANVS L. III. v. 737. seq.

Et OVIDIVS queritur (d) se exulem uxoris pietati  
jam subtrahi, quæ sibi mortuo ab ipsa deberetur.

*Supremoque die notum spectantia cælum  
Texissent digitii lumina nostra tui.*

Paulo etiam post, quam defunctus Roma quæ suerat,  
alii invitabantur cives per certam indictionis formu-  
lam, quo exequiæ frequentiores essent: *Ollus Quiris  
letho datus est, ad exequias quibus commodum est ire:*  
& ubi funus jam procedebat clamabatur: *Jam tem-  
pus est: Ollus ex ædibus effertur.* In exequiis autem  
parandis adhuc major pietas elucescebat, de justis enim  
parentalibus cogitandum erat non minus, quam de  
encomiis, de ludis funeralibus aliisque pietatis indi-  
ciis, quæ dolorem de jactura defuncti testabantur.  
Denique his omnibus peractis rogo incenso illatisque  
cineribus hæc ultima erat pietas ut glebam injicerent.  
Hæc pietatis quædam testimonia, si præsens erat de-  
functi cadaver.

## VI.

Verum sicuti in bello, naufragio aut peregere *Item absenti-  
bus*  
periissent aliqui, ita, ut corpora eorum haberi non  
possent ad sepulturam justam, amicorum pietas illis  
extruebat representativa busta, sepultra imaginaria,  
qua vocantur græce *κενοτάφια.* Porro secundum le-  
gem; (a) Parentes liberi utriusque sexus nec non & *utrisque  
coeteri cognati agnatique secundum pietatis ratio-  
nem, & animi sui patientiam, prout quisque volue-  
rit*

B 2

(d) OVIDIVS Trist. L. IV. eleg. 3. v. 43. 44.

(a) L. 23. ff. d. his qui not. inf.

*Libitinarii  
circa pietas-  
tem occupati.*

rit, lugendi erant. Præterea adhuc illud observandum quod ii Libitinarii appellati fuerint, qui in justis, cadaveribus mortuorum exhibendis, operam suam collocabant, a Dea Libitina ita appellati, quam DEam Επισκοπή τῶν περὶ τὴς Θυμοντας ἀστού vocitat PLVTARCHVS (b). Sed quis omnia illa, quæ ante funeris illationem peragebant & ad pietatem spectabant enumerabit? Namque qui debito modo excutere hoc argumentum vult, citius certe tempore, quam materia destituetur, quod eorum scripta satis declarant, qui prolixissime de funeribus Romanorum, (c) de jure Manium (d) &c. commentati sunt.

## VII.

*Transfio ad  
materiam de  
religione se-  
pulcrorum.*

Hæc de pietate, nunc de religione cadaveribus etiam in sepulcris exhibenda videndum, quæ religio insimul tumulis deberi docebatur; qui pius horror cultusque cum aliis fuerit corpori humato, aliis sepulcris præstandus, duabus diversis thesibus hæc sifflentur. Quælibet suo loco & ordine breviter exponendi se se nobis offeret occasio.

## VIII.

*Numa autor  
sanctorum  
consuetudi-  
num.*

Numa Pompilius, secundus post urbem conditam Rex, sicut omnia fere, quæ in civitate Romana sacra sanctaque habebantur, primus saluberrime instituit: ita religionum quoque in ordinem disponendarum

(b) PLVTARCHVS in Numa.

(c) KIRCHMANN. de funeribus Romanorum.

(d) GVTHERVS de Jure Manium.

darum autor fuit, vid. LIVIVS (a): *Numa Pompilius Numa circa uti in religione cultuque Deorum solicitus admodum sepulcrum sollicitus, ita quoque justa funebria & placandos Manes edoceri iussit.* Ergo in civitate Romana sepulcrum religionis sua originem huic Numæ citra omne dubium debent, quod enim non de alis negotiis, quæ ad sacras atque divinas res spectabant, solum cogitarit, sed etiam quædam de sepulcris statuerit, vel exinde patet, quod legis istius autor fuisse feratur: *Mortuum intra urbem ne sepelito.* Autoritate quoque ea apud populum valuit, ut ob religionem suam magna veneratione eum crediderint dignum; ita enim PLVTARCHVS (b) Οὐτω δὲ τὴν βασιλικὴν αὐτοβαύην ἐδῆται, κατέβαντες Νομίμους εἰς τὸ πλήθος ἀπὸ τῆς ἄκρας. Τότε δὲ καὶ Φαραوνίς καὶ δεξιώσεις ήσαν ὡς ἐυτελέστατοι καὶ θεοφιλέστατοι δεχόμενοι. Idem quoque Pontificibus de sepulcrorum religione judicandi curam injunxit, sed de hoc infra pluribus. Mortuo autem Numa cum aliquando post, Regum suorum impérium detestarentur Romani, & Consules ad clavum federent, atque ii tum ex tenore LL. XII. Tabb. Rempubl. moderarentur, tum populum propriis legibus vivere docerent, eadem tamen religione sepulcrum prosecuti sunt, qua antiquitus fiebat, cum enim in his omnibus Legum præceptis eundem deprehenderent de sepulcrorum religione tenorem, eam subinde ad posteros propagabant, de qua & Imperatorum & JCTorum Romanorum Sententia, quas & nos receperimus, affatim testantur.

*Requista reli-*  
*gioſi ſepulcri*

*Mortuus le-*  
*gitime infe-*  
*rendus.*

Prius autem sepulcrum religione non proſequebantur, quam mortuus ipſi illatus fuerat, quæ illatio quoque niſi legitime peracta, nil unquam religio-  
ni ſepulcro accerſebat, quod non ita capiendum,  
quaſi leges adeo fuerint ſolicita de Ceremoniis rite  
adhibendis, ubi tumulo inferendum erat cadaver,  
quamvis nec earum incuria ſint: Verum cum legitimam eſſe illationem vellent, fanciebant, ut quisque  
in loco, cuius dominium ad ipſum ſpectabat, defun-  
ctos ſuos humaret; alieno enim in loco tale quid au-  
dere, uti naturales, ita quoque Civiles leges vetabant,  
niſi alterius conſenſus & voluntas intercedebat, unde  
Imp. ANTONINVS: (a) *Ubi ab alio, invito vel igno-*  
*rante altero, corpus terræ illatum fuerit, iſlud corpus*  
*lapidem locumque religiosum non facit*, idem-  
que eadem lege: *ſi autem voluntate tua mor-*  
*tuum aliquis in locum tuum intulerit, religiosus iſte*  
*efficitur*, tunc enim conſenſus ſepulturam in alieno  
fundo facit legitimam, omnium optime autem con-  
cipitur illatio legitima, quando mortuum quis infere-  
bat in locum SUUM (b) hic enim alterius conſen-  
ſu opus non erat cum quisque ſuarum rerum eſſet ar-  
biter. Unde Prator (c) *Quo quave illi mortu-*  
*um inferre invito te jus eſt, quo minus illi eo eave mor-*  
*tuum inferre & ibi ſepelire liceat vim fieri veto.*

(a) L. 2. C. d. Religios.

(b) GVTHER. d. Jür. Man. L. III. c. 2.

(c) L. I. ff. d. mort. inf.

## X.

Peculiare tamen est, quod lex (a) statuit: *Qui De agro op-  
suum agrum inquit pignori dedit, si in eum suorum pignorato lex  
mortuum intulerit, religiosum eum facit, Et si ipse in-  
feratur, idem est, cæterum alii concedere non potest.*  
Hac lege hypothecarii consensus non requiritur, sed  
tantum adhuc oppignoranti conceditur facultatis, ut  
suam familiam seque ipsum ibi humare liceat: Lex  
autem subsequens (b) moderatur prioris legis  
contenta, utilius esse existimans dicere, tale sepul-  
crum religiosum posse fieri, quod ita interpretari li-  
cebbit; Legis hoc conniventia fieri & permitti, ut  
in oppignoratum agrum, si mortuus ex familia op-  
pignorantis inferatur ille locus religiosus fiat, in quam  
fententiam etiam inclinat GVTHERVS.

## XI.

Illatio ergo mortui ut facta fuerit necessario  
requirebatur. Unde facile est collectu, monumenta  
illa, quæ in memoriam saltim defunctorum erant ex-  
tracta, ita tamen, ut mortuum cadaver sub eo non  
tegeretur, religiosa non fuisse; Cenotaphia hæc ap-  
pellabantur, nomine quodam generali, scilicet quæ  
vox ex græcis petita, denotat locum, qui a sepulto  
cadavere vacuus est, quæ loca olim passim fuisse adi-  
ficata, affatim commonstrant autorum testimonia.  
VIRGILIVS (a) de Cenotaphio ita:

Liba-

*Cur Cenota-  
phii nulla de-  
beatur reli-  
gio?*

(a) L. 2. §. 9. ff. d. Religio.

(b) L. 3. ff. d. Relig.

(a) VIRGIL. Aen. III. v. 304. seq.

*Libabat cineri Andromache manisque vocabat  
Hectorum ad tumulum : viridi quem cespite  
inanem,*

*Et geminas causam lachrymis sacraverat aras.*

SVETONIVS (b) honorarium tumulum appellat, cui  
quamvis religio denegaretur: attamen in honorem  
defuncti juxta eum ludi instituebantur annui, quod  
idem SVETONIVS eodem loco. Cæterum exerci-  
tus honorarium tumulum excitavit, circa quem dein-  
ceps statu die quotannis miles decurreret, Galliarum-  
que civitates publice supplicarent. HORATIVS (c)  
tale funus, ubi cadaver non cernitur, inane funus ap-  
pellat: *Absint inani funere nenia.* OVIDIVS (d)  
cenotaphium describens ita canit:

*Et sœpe in tumulis sine corpore nomina legi.*

Cenotaphium ergo non erat religiosum, quia inane  
erat & cadavere desitutum.

## XII.

*Illatio mem-  
brorum de-  
fundit diver-  
sis locis facta.*

Dubia tamen jam olim illa quæstio Romanis visa  
fuit Legibus, sicubi diversis locis unius corporis  
membra sepulta erant, an omnia loca, quibus vel ma-  
nus vel pes injectus erat, religiosa fierent, poterat  
enim singulorum membrorum illatio *legitime* facta  
esse, quo requisito præsupposito, videbatur omnibus  
omnino locis religio esse tribuenda; at cum Lex (a)  
defini-

(b) SVETON. vit. Claud. c. i.

(c) HORATIVS L. II. od. ult.

(d) OVIDIVS Metam. L. XI. v. 429.

(a) L. 44. ff. d. Relig.

definiret illud tantummodo sepulcrum religiosum esse, *Locus religio-*  
*quod caput complectitur, quia caput principalis pars <sup>fus</sup>, cui caput*  
*fit, unde cognoscamur: non est cur ab ista sententia,*  
*quaꝝ aliquam omnino probabilitatem secum fert, rece-*  
*damus, cum quoque Doctissimus BYNKERSHOEK (b)*  
*eidem Pauli sententiæ subscribat, quamvis & illud*  
*apud omnes sit in confessu, post fata, cum nec ma-*  
*nus tangat, nec pes incedat, nec caput cogitet, nul-*  
*lum præ altero quodam valore gaudere. Sed quic-*  
*quid sit, certe ad religionem sepulcro conferendam*  
*requirebatur olim, vel ut corpus ossave integra, vel*  
*saltim caput ibi conderetur.*

## XIII.

Quamprimum autem illatum corpus erat, non *Religio sepul-*  
*solum locus ille, cui inclusum erat ~~adaver~~, religio-*  
*sus erat, sed in longius spatiū distribuebatur illa*  
*religio & sanctitas, quasi vicina huic sepulcro terra*  
*inficeretur sanctitate. Nam in agris veteres sepelie-*  
*bantur, ubi spatiū certos pedes latum consecrabat-*  
*tur. Vnde CICERO: (a) *Locum*, inquit, *sepulcro in cam-*  
*po Esquilinio C. Panſa Consul, seu quo in loco videtur,*  
*pedes XXX. quoquo versuſ designet, quo Serv. Sulpitius*  
*inferatur. Quem ritum literæ in inscriptionibus*  
*sæpius repertæ indicant:**

IN. FR. P. X. IN. AGR. P. XX.

IN FRonte Pedes Decem IN AGRum Pedes Viginti  
 scilicet patere. Frons autem latitudinem, ager lon-

C gitu-

(b) BYNKERSHOEK Observ. Jur. Rom. I, 5.

(a) CICERO Philipp. IX. in fin.

gitudinem denotat. (b) Itaque sepulcrorum sanctitas erat in ipso solo, quod nulla vi moveri neque dereli poterat, atque ut cætera extinguebantur, sic sepulcra sanctiora siebant vetustate. (c) Quod item QVINTILIANVS: *Qui, inquit, sacratos morte lapides, etiam si cineres & ossa religiose quiscentia fracta sparstyset urna.* (d)

## XIV.

*Perpetuæ se-  
pulture cor-  
pus traden-  
dum erat.*

Perpetuæ autem sepulturæ corpus tradendum erat, si locus religiosus fieri debebat. Quod jam Leges XII. Tabb. fanciunt: *Fori bustive autoritas æterna esto, i. e. bustum quod æterna religione frui vult, ossa non ad tempus reposita, sed in perpetuum humata complecti debet. Si quis enim eo animo cor-*  
*pus intrulerit, ut inde alio postmodum transferre, ma-*  
*gisque temporis gratia deponere, quam ibi sepelire mor-*  
*tuum & quasi æterna sede dare destinaverit, manebit*  
*locus profanus.* (a) Injicienda autem insuper gleba erat, quæ gleba injectio, uti officia pietatis terminabat, ita ad religionem cultumque mortuo exhibendum viam parabat. Testimonium peti potest ex CICERONE. (b) *Priusquam in os injecta est gleba*  
*locus ille, ubi crematum cadaver est, nil habet religio-*  
*nis, injecta gleba denique, multa religiosa jura comple-*  
*ditur.*

## XV.

- 
- (b) BRISSON. Formul VII. p. 700.  
 (c) CICERO Philipp. IX. 6.  
 (d) QVINTILIANVS Declam. X.  
 (a) L. 40. ff. d. Religiof.  
 (b) CICERO d. Legib. II.

## XV.

Hæc jura non ad sepulcra tantum, & marmo-  
ra, forsan in honorem humati cadaveris erecta, perti-  
nebant, sed præprimis etiam religionem cadaveri  
exhibendam tangebant. Primam religionis speciem  
amici ipsius defuncti, cum jam de justis parentalibus  
sat solliciti fuerant, præstabant. Compositos enim  
in urnulam cineres, uti in divino suo cultu solebant,  
cum Diis vinum libarent, vino & lacte perfusos pri-  
ma quasi religione excipiebant, quo peracto in te-  
nerrimi amoris symbolum comæ particulam sibi præ-  
fecabant, atquæ urnæ appositam defunctori cadaveri  
perpetuo aedes cupiebant, vel quoque aræ injectam  
sacrificabant; Ita Orestes filius ad Agamemnonis Pa-  
tris sepulcrum ~~καρπούς απίγειατο~~. Illud enim notan-  
dum, in dissolutis etiam crinibus singularem lugendi  
ritum positum fuisse. VIRGILIVS : (a)

*Et circum Iliades crinem de more solute.*

SILIUS ITAL. (b)

*solutis  
Crinibus, exululant matres atque ubera nudant.*

SENECA : (c)

*Et comas nullo cohidente nodo  
Fæmina exertos feriat lacertos. (d)*

Cui non ita dissimilis ritus, quem alii in funeribus  
suis adhibere solebant, dum lacrymas in ipsis exe-

C 2 quiis

(a) VIRGIL. Æn. III. 65.

(b) SILIUS ITALICVS L. XII.

(c) SENECA Hercul. Oct. Act. IV.

(d) KIRCHM. d. fun. Rom. II. 12.

*urnularum  
lachrymali-  
um usus*

*Lucerne fu-  
nerales sepul-  
cris condite*

quiis effusas atque in urnulam collectas simul cum ca-  
davere terræ mandabant, atque ita defunctis quasi  
parentabantur. Lucernas itidem, quas funerale ap-  
pellabant, simul cum defuncto sepeliebant, hæ quam  
studiose fuerint compositæ, quamque diu ignis earum  
duraverit, alii jam fatis explicarunt, quæque jam mul-  
tis occasionem præbuit scribendi largissimam, quo-  
rum scriptorum collectiones in Grævii Grono-  
viique Antiquitatum Thesauro passim reperire li-  
cet.

## XVI.

*Cur gleba  
injeccta*

Post illam demum in honorem sepulti & Deo-  
rum Manium peractam Religionem gleba sepulcro  
injiciebatur, quod ideo credebant necessarium esse  
Romani, quia, si secus factum fuerit, sepulchorum  
umbra flygias transvehi aquas & ad Elysios penetrare  
campos arcerentur, ergo misere errare & circumvo-  
litare credebant eas; quod Sybilla, Aeneæ roganti: (a)

*Dic - - - quid vult concursus ad amnem*

*Quidve petunt animæ? - - -*

Ita explicat: (b)

*Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est.*

*Hi quos vehit unda, sepulti,*

*Nec ripas datur horrendas Es rauca fluenta*

*Transportare prius, quam sedibus ossa querunt.*

Prius enim non posse quiescere animas rati sunt, quam  
corpus in naturam suam, terram quippe, rediret.

## XVII.

(a) VIRGIL. Æn. VI. 318. 319.

(b) VIRGIL. Æn. VI. 325. 326. 327. 328.

## XVII.

In primis religionem defunctis suis eo voto exhiberi credebant, si ipsis terram levem apprecaueruntur, quod ab omnibus exequiatoribus factum fuisse in Antiquitatum scriptoribus deprehenditur, cum enim crederent, etiam post mortem haec cadavera variis incantationibus esse obnoxia, bene precabantur tumulo, ne magicæ artes ipsis nocerent, nec animæ, quæ inde eliciebantur, terram gravem experirentur. Hinc cippis inscribebant:

H. S. E. S. T. T. L.  
Hic Situs [Es Sit] Tibi Terra Levis,  
& JVVENALIS ita canit: (a)

DI majorum umbris levem & sine pondere terram.  
scil. largiantur, & OVIDIVS. (b)

Ossa quieta precor tuta requiescite in urna  
Et sit humus cineri non onerosa tuo.

VIRGILIVS: (c)  
Et magna suprennum voce ciemus. scil. vale  
TIBULLVS: (d)  
Et bene discedens dicet, placideque quiescas  
Terra securæ sit super ossa levis.

Ita ergo, qui bene volebant mortuo, ossibus ejus quidlibet boni apprecaentes, sedulo cavebant, ne liceret inimico ad sepulcrum accedere, quod penes Romanos atque Græcos obtinuit; adeo enim superstitione erant,

- 
- (a) JVVENAL. Satyr. VII.  
(b) OVID. in Eleg. d. morte Tibulli.  
(c) VIRGIL. Æn. III. 68.  
(d) TIBULL. II. Eleg. 4.

erant, ut moribundi etiam in lectulo domesticis man-  
darent, ne quis ex hac vel illa, quam appellabant,  
familia, ad sepulcrum accederet. Hi enim quorum  
livor adversus defunctum ne post fata ejus quidem  
quiescebat, mortuo terram gravem imprecabantur,  
quo anima incantationibus oppressa, e sepulcro prodire  
non posset, quod enim Ethnicis cumque iis Romanis  
persvasum fuerit, animas a corpore separatas, vel in  
sepulcris corpori cohabitare, vel circumvolitare lo-  
ca, quæ corpora viva incoluerant, vel quibus mor-  
tua illata erant, Autores & præcipue Poetæ undique  
docent. HORATIVS: (e)

- - - *Cruor in fossam confusus ut inde  
Manes elicerent animas, responsa daturas.*  
nisi autem credidissent, vel certe plebi suæ persvasi-  
sent, animas simul cum cadaveribus in sepulcro habi-  
tare, frustra ibi quæsivissent, vel quærendas docui-  
sent animas.

## XVIII.

*Romani cole-  
bant cadave-  
ra & sepul-  
cra religiose*

*Argum. 1.) Perseus ani-  
mas cum cor-  
pore demortui  
sepulcrum*

Quid ergo dubitemus, Romanos, ut sepulera tam  
sancte atque religiose colerentur, ideo præcepisse, quia  
credebat animas demortuorum sinnul cum cadavere  
humari, quibus cum immortalitatem negare nefas  
putarent, ita debito ipsis cultu intermissio eas insigni-  
ter lædi existimabant. Hæc opinio quamvis Romano-  
rum superstitionem vel maxime prodat, attamen satis  
commonstrat, quam ne latum ungvem ab ea religione  
discesserint, insignis in hanc rem locus VIRGILII: (a)  
Infe-

(e) HORAT. Satyr. L. I. 8.

(a) VIRGIL. Æn. III. 67. sqq.

*Inferimus tepido spumantia cymbia lade  
Sanguinis & sacri pateras, animamque sepulcro  
Condimus.*

OVIDIVS: (b)

*Romulus ut tumulo fraternalis condidit umbras.*

Hæc enim erat Stoicorum sententia tam diu durare Stoicorum sententia. animam atque corpori adesse, quamdiu ipsum corpus duraret, quod item Ægyptios voluisse colligere licet, cum cadavera sua, variis condimentis & unguentis infecta & vestita conservasse legimus, scilicet, ut anima multo tempore perduraret, & corpori suo esset obnoxia, nec cito ad alia transiret, quæ ultima tamen peculiaris iterum erat opinio eorum, qui μετεμψύχοσι fabulati sunt, quam etiam Stoici docebant. Ergo ne fortasse Romani comburendo cadavera inque cineres ea convertendo aliam sequuntur opinionem? Videri poterat. Sed si contextum in Virgilio brevi supra allegato loco intueare, apparebit, omnino ipsos animabus eundem cum corpore in sepulcro locum tribuere. Dicit enim sacrificiis quibusdam elicitam sepulcro, conditamque iterum & corpori obnoxiam redditam fuisse animam.

### XIX.

Credimus itaque Romanos cum plurimis aliis Dissentus circa hanc opinionem. gentilibus idem statuisse, quamvis nec illud negandum, de eadem materia ipsos gentilium Doctores egregie dissentisse. Ut enim taceamus, alium credidisse, animam post discessum e corpore in nihilum conver-

(b) OVID. Fast. L. V. 451.

converti, alium eam immortalem esse, & in diversa corpora transfire: præcipue tamen certum est de dogmate ipsorum quo loco anima post mortem moratur, inter eos unanimiter non convenisse. Alii ad campos Elysios beatas proficiisci, infelices illas autem Rhadamantheo judicio damnatas, orci tormenta pati docebant, quod GVTHERVVS ita explicavit: *Communis hec opinio prevaluit, ut animas perferre pœnas non putarent, sed illius conjunctionis reliquias quæ inter animam & corpus fuit. In eo autem consenserunt, ut animam multis peccatis obrutam ad inferos descendere crederent, quod extreum esse malorum tenuerint.* Jam alii statuebant ipsis in terra adhuc post mortem locum relinquiri, vagari eas circa loca ubi cum vivo adhuc corpore habitaverant, nunc eas simul cum corpore terra sepultas jacere existimabant, in quam postremam sententiam inclinasse Romanos, ideoque sepulcris, quia nobilem istam hominis partem simul tegerent, tantum honoris cultusque exhibuisse, probabile admodum est. De animarum statu post obitum quid crediderint olim gentiles ita explicat Autor in tractatu: *Les Memoires de Literature de L'Academie Royale* (a) ubi de Lemuribus loquitur: *Car bien, que l'on a cru, que les ames des gens de bien, se fissent un plaisir de frequenter les maisons, que les ames avoient autre fois habitees, & que les ombres malheureuses errassent ordinairement au tour de leur tombeaux.* Poterat ex ipsis verbis in quibus asseritur credidisse veteres, infelices umbras

---

(a) Tom. II. p. 73.

bras saltim circa tumulos circumvolitare, elici, non esse hoc argumentum, cur in universum religiosa habita fuerint sepulcra, quia si haec sat valida esset ratio, quorundam tantum, non in genere omnium busta religiosa habita fuissent, sed sciendum hanc non solam esse causam, cur sepulcris religio tributa fuerit, verum cum persuasi. insuper essent & DIs Manibus dedicatos esse tumulos, & animam post mortem cum corpore eandem tenere sedem, duplaci quasi vinculo ad hanc religionem obstringebantur. Hinc sententiam Autoris de lemuribus mislam facimus, & nostram opinionem, pluribus firmatam testi moniis, L. B. sistimus, ipsius tamen judicio, quæ probabilius sit, relicturi.

## XX.

Est etiam aliquid ponderis in eo argumento, *Metus spe-  
ctorum Religio-  
nis inci-  
tamentum*  
quod timuerint, ne si forsitan pietatem vel religio- nem defuncto debitam omitterent a lemuribus & umbris demortui vexarentur, quem in finem elegans SVETONII locus notari meretur. (a) Caligula inquit, cadaver clam in hortos Lamianos asportatum & tumultuario rogo semi-ambustum levi cespitate obrutum, postea per sorores ab exilio reversas erutum, crematum sepultumque. Satis constat priusquam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos, in ea quoque domo, in qua occubuerat, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ista domus incendio consumpta sit. Ejusmodi fabularum autores erant Romani. Interim animarum

D

vin-

(a) SVETON. vit. Calig. c. 59.

vindictam metuebant, atque omni religione cadavera ipsorumque sepulera prosequerentur, modo ne

*Alia superstitionis generis religionis testimonia.* funestis umbris & terroribus turbarentur. Magis autem ridiculum, quod FERRARIUS habet: (b) Ideo sepulcris apposuisse lucernas, quod Ethnici superstitionis crederent, defundorum animas, simulacra, umbras in sepulcro cum cadaveribus versari, ideo ibi perpetuo ardentes lucernas positas, ne misellæ animulae frigidulae, nudule jacerent in tenebris, quas tantopere vivi eriam infantes perborrescerent. Ethnicorum stoliditatem hic ridet, interim hanc olim gentilibus de animarum in sepulcris habitaculo fuisse sententiam, hæc verba fatis confirmant. Pergit idem FERRARIUS: Morem lucernas sepulcrales urnis apponendi inde ortum, ut ostenderent, animas eandem sedem incolere. Ne igitur anima cum exuvias suas exosculari vellet, aberraret, & unam partem pro altera suauaretur, teste lucerna micante & lucida opus fuit, ne cum vetus hospitium reviseret, postico ingredereetur. Sat salis in hilice FERRARII verbis. Cur interim inde non licebit colligere, veteres sepulera ideo religione quadam peculiari coluisse, cum sciverint, hæc non tam mortuo cadavéri, sed & anima, cum hoc in eodem tumulo cohabitanti, exhiberi religionis specimina.

## XXI.

*Argum. 2. Diis Manibus dedicata sepulcra.* Solemne porro Romanis erat in religione sepulcrorum, ut ara coram sepulcro erecta arboribus que adpositis, DIS Manibus pias afferrent preces,

istud

(b) FERRARIUS Dissert. d. Lucern. sepuler.

istud autem ideo amicos defuncti fecisse putandum est,  
quod crederent animas suorum quæ jam familiarita-  
te quadam cum Manibus intimiori fruebantur, ipso-  
rum precibus ope inferorum Deorum satisfacturas.  
Hanc in rem VIRGILIVS videatur: (a)

*Haud mora festinant flentes aramque sepulcri  
Congerere arboribus*

HORATIVS: (b)

*Jubet cupressus funebres.*

Quæ arbores ideo luctui lacrymis & Diti Patri conse- *Cupressus se-*  
cratae esse dicuntur, quod semel cæsa reviviscere ne- *pulcris reli-*  
sciant. Romani enim gentesque alia dum sanctitatem *giose dicunt*  
sepulcrorum sartam, tectam integrumque esse vole-  
bant, ei egregie consuli posse putabant, si arboribus,  
Diis sacris, exornarentur, quo externus statim conspe-  
ctus transeuntes doceret, latere aliquid, quod cultum  
religionemque exposceret: Lex ait: *Interest religio-*  
*nis, monumenta estruiri & ornari.* (c) Utiliter  
etiam huc applicari potest alia lex, quæ vult, ut edicto ibi proposito Romani utantur: (d) Si quis via in  
alterius fundo prohibeat, cum inferre velit mor-  
tuum, neque tamen alia via possit ad fundum suum  
accedere; quod inquam edictum Prætoris, quamvis spe-  
cialiter de exequiis funeralibus agat, utiliter tamen  
applicare potuisse Romanos certum est, si annuas ce-  
remonia persolvere volebant, nec tamen nisi per al-

(a) VIRGIL. AEn. VI. 177.

(b) HORAT. Epod. V. 18.

(c) L. I. §. 6. ff. d. mort. inf.

(d) L. I. §. 3. ff. d. mort. inf.

terius fundum via pateret, hoc cum effectu, ut alter viam præstare obligatus fuerit, quia religionis intererat, & humari mortuos, & istas fieri ceremonias.

## XXII.

*Ritus in cultu  
Inferis Mani-  
bus præstan-  
do solennes*

Ceremoniæ autem quæ Inferorum cultum tangentebant, ex Pontificum disciplina ita instituebantur, ut effossa terra in scrobilo duæ aræ ponerentur, qui que ipsis sacrificare volebant, aqua tantum aspergerentur. (a) Deinde pocula bina novo spuman-  
tia lacæ (b) & hostiæ nigræ immolabantur. (c)  
VIRGILIVS: (d)

- - Et pullam divellere mordicus agnam  
Cœperunt. - - - Et conde sepulcro  
Duc nigras pecudes.

IDEM: (e)

Inferias Orphei lethea papavera mittunt  
Placatam Euridicien vitula venerabere cæsa

Et nigram maestabis ovem,

atque sic delibantes, demissis ad terram manibus submissiori voce Manes invocabant, ab initio victimæ loco, homines maestando, scilicet persuasi, tanto amore sanguinis humani teneri defunctorum umbras, ut ad Inferos descendere non possent, nisi vel homines vel quod deinceps siebat victimæ simul cæsa essent.  
LVCANVS: (f)

*Quid*

- 
- (a) MACROB. Saturn. L. III. c. I.
  - (b) VIRGIL. Ecl. 5.
  - (c) HORAT. L. I. Sat. 8. v. 26.
  - (d) VIRGIL. Æn. VI. 153.
  - (e) VIRGIL. Georg. IV. 545. sqq.
  - (f) LVCAN. L. II. 74.

*Quid sanguine Manes  
Placatos Catuli referam?*

Sed quoniam crudele & sumtuosum erat, homines  
atque victimas jugulare, mortuis deinde sanguinei  
coloris vestis injecta legitur. VIRGILIVS: (g)

*Purpureasque super vestes velamina nota  
Conjiciunt.*

expiari etiam & elici e sepulcris Manes in Poetis le-  
gimus sanguine effuso. Quia enim sanguis animæ  
quasi possessio videbatur, non prius ipsi satisficeri posse  
credebant, quam sanguine effuso.

### XXIII.

Jam pergimus ad alia religionis specimina. Spe- *Annua parentalia Religio-*  
ctabant eo parentalia elapsō anno, ex quo defunctus *nis indicia*  
obierat, vel quoque annuatim instituta, ubi facularum  
splendorem adhibuisse veteres autores scribunt:  
exemplum producit SVETONIVS: (a) *Sepulcrum, in-*  
*quit, Mesgabæ, ante annum defuncti, frequentabatur*  
*luminibus.* Tale quid habet Lex. (b) *Mævia dece-*  
*dens, servis suis nomine Sacco & Eutychie & Hi-*  
*renæ sub conditione reliquit libertatem his verbis:*  
*Saccus servus meus & Eutychia & Hirena ancillæ*  
*meæ omnes sub hac conditione liberi sunt, ut monu-*  
*mento meo alternis mensibus lucernam accendant, ac*  
*solemnia mortis peragant.* In his autem parentali- *Serta aliqua-*  
bus ferta & alia ornamenta afferebantur, quæ post- *ornamenta ad*  
modum in defuncti honorem ipsique debitam pie- *monumentum*  
tatem *suspensa*

D 3 tatem

(g) VIRG. Æn. VI. 221.

(a) SVETON. Vit. Octav. Aug. c. 98.

(b) L. 44 ff. d. manum. testam.

tatem & religionem suspendebantur. OVIDIUS:  
(c)

*Tu tamen extinco ferialia munera fert,  
Deque tuis lacrymis humida ferta dato.*

TIBULLVS: (d)

*Atque aliquis senior veteres veneratus amores  
Annua construō ferta dabit tumulo.*

*epulae institu-* quod dum siebat, epulae etiam instituebantur, cibis ad  
*ta* sepulcrum quoque appositis, quos rapere itidem ne-  
fas habebatur. Dubitari nunc poterat, an ornamen-  
ta & alia quæ ad sepulcrorum deus facta erant, re-  
ligiosa sint, sed cum donatione & ad monumentum  
suspensione defuncto & Manibus dicata fuerint, non-  
nihil religionis sibi tribuisse credo, GVTHERVS. (e)

XXIV.

Solennis etiam ipsis per Manes suorum jurandi  
formula. Ita in VIRGILIO (a) Æneas jurabat:

*Per patrios Manes per spes surgentis Juli.*

Ex his religiosi cultus speciebus nunc appareat, ideo  
Romanos sepulcrorum curam & religionem tanti ha-  
buisse, ut etiam pro aris & sepulcris dimicare non  
recusaverint, quia Deos Manes lardi credebant, nisi  
quidlibet pati vellent, (b) quam sepulcrorum curam  
negligere. Certe enim juramenta, quorum sancta pe-  
nes ipsos erat religio, per sepulcra non fecissent, ho-  
mines non immolassent, semetipso in defendendis  
sepul-

(c) OVID. Trist. III. Eleg. 3. v. 81. 82.

(d) TIBULLVS II. Eleg. 4.

(e) GVTHER. d. Jur. Man. III. 5.

(a) VIRGIL. Æn. X. 514.

(b) LIV. Histor. L. 26.

sepulcris hostium rabiei non opposuissent, si non fuisse  
fent certi Deorum causam agi, quorum iram, nisi illos  
ritus pie & religiose servarent, timebant. Testantur  
hoe etiam omnes pene inscriptiones in Romanorum  
monumentis repartæ, de quibus PRUDENTIVS con-  
tra Symmachum: (c)

- - - DIs Manibus illis

Marmoræ secta lego quacunque latina vetus

Custodit cineres.

### XXV.

Expendimus jam duas rationes, unde colligere  
licuit, cur Romani sepulcra sua tam sancta religione  
prosecuti sint, altera erat, quod animabus idem cum  
corpo in sepulcris esse domicilium, altera, quod  
DIs Manibus tumulos dedicatos esse crediderint. Sed  
videamus an & alia extens argumenta, quæ Romanis  
talem religionis fervorem injicere poterant; nec du-  
bitandum. Cum enim virorum de Republ. optime  
meritorum omnino essent memores, gloriam eorum  
etiam in sepulcris adhuc vigore existimabant, omnem  
iisdem reverentiam ergo & cultum deberi pervasissi-  
mi. Exstructis itaque insignibus monumentis, mar-  
moribus statuisque memoriam eorum æternitati con-  
secrabant, qui vel consiliis saluberrimis vel gladio sa-  
lutem civitatis defenderant. Imo qui vel conjugali  
amore vel alio amicitia vinculo vivi constricti fue-  
rant, cineres personarum amatarum omni religione  
excipiebant, quod etiam in variis inscriptionibus de-  
prehenditur. ita v. g.

*Argum. 3.  
Ex dignitate  
virorum se-  
pulchorum eli-  
gitur*

### ARAM.

(c) PRUDENTIVS L. I.

ARAM. ET. STATUAS. FECIT. SIBI. ET.  
CONJUGI. SUÆ. DE. SE. BENE. MERENTI.

Ex qua & aliis elucescit amorem singularem ejusmodi religionum speciminibus occasionem præbuisse, ostendunt etiam antiquiores apud Romanos ritus, quam non destituatur fundamento suo assertum nostrum. Id saltim monebo, laudatissimam semper fuisse post obitum eorum memoriam, qui pro liberanda vel defendenda Republ. sanguinem effuderant, vel consilia subministrarant. Credo etiam mortem istum, cum eo quemlibet loco sepelirent, quo ceciderat in proelio, satis de religione & amore erga defunctum testari, cuius memoria, quoties eum locum quis transiret, reviviscere quasi & oculos civium admonere debebat, hunc esse locum, in quo pius erga patriam civis obiisset. Illustrat hoc exemplo quodam LIVIVS (a) ubi de Curatorum & Horatiorum pugna multum praefatus fuerat: *sepulcra inquit, extant quo quisque loco cecidit, duo Romana, uno loco propius Albam, tria Albana, propius Romam versus; sed distantia locis, ut et pugnatum est.* In genere etiam populi Romani intererat, ut viri, qui de Republ. solliciti fuerant, post obitum laudarentur, cuius rei testes habes Romanarum rerum scriptores plurimos. (b) Selecta hunc in finem quoque peculiariter loca, quibus nobiliores cives sepelirent, sic ad Flaminiam Latinam & Appiam præcipue viam marmora ibi posita, quæ

---

(a) LIV. L. I. c. 25.

(b) PLVTARCHVS in Poplicola.

quæ ad religiosum cultum humatis ibi exhibendum  
invitabant. MARTIALIS: (c)

*Quisquis Flaminiam teris, Viator,  
Noli nobile præterire marmor.*

Ita CORNELIUS NEPOS: (d) *Sepultus est Atticus  
juxta viam Appiam ad quintum lapidem in monumento  
Q. Cecili avunculi sui.* Inde colligimus, Romanos,  
dignos laude viros religione suorum sepulcrorum  
æternitati sacrare voluisse.

## XXVI.

Quo magis autem conservandæ æternitati se- *Violatio reli-*  
pulerorum operam dabant, eo aciores erant in *gionis apud*  
legibus de religione sepulcrorum promulgatis, ne *Romanus*

quis eorum sanctitatem laderet. Duplici modo hoc  
fiebat, vel cum loco atque agro ad sepulturas desti-  
nato, vel corpori humato injurya inferretur, ejusmo-  
di illata injurya apud Romanos lœfio audiebat, si *fita*

TACITO (a) credendum: *Res sacræ aut solennis  
religionis vinculo obligatæ, que temeratae essent aut  
violatae, lèdi dicebantur;* Accidebat autem ejusmodi  
lœfio, illatione illegitima, si quis contra voluntatem *violatio sepul-*  
*testatoris in hereditarium sepulcrum inferat, quamvis crorum con-*  
*bæres, licebat enim testatori in ultima voluntate, cu-*tingebat,**

*Illatione ille-*  
jus sanctitas servanda erat, ex rescripto ANTONINI, *gitima*  
cavere: *Ne quis eo inferatur.* (b) Hæc illatio tamen  
magis erat illegitima, cum quis in alienum sepul-

*crum*

(c) MARTIALIS L. XI. Epigr. 14.

(d) CORNEL. NEP. in vita Attici c. 22.

(a) TACIT. Annal. III. 24. 3.

(b) L. 3. ff. d. sepulcr. viol.

crum mortuum suum alienumve inferret; videbatur enim sanctitas sepulcri laedi, si contra legis autoritatem aliquid susciperetur.

## XXVII.

*Demolitione  
sepulcri*

*a demolitione  
sibi cavebam  
munitione*

Deinde cum ad splendidam sepulcrorum religionem perrineret monumentorum extructio, horum demolitio pro crimine reputabatur. Si quis de sepulcro abstulerit saxe, marmora, vel columnas, sive de sepulcro lapidem moverit, terram everterit, cespitem sive statuam e monumento evulserit, (a) criminis reus erit. Romanis autem per D. ADRIANI (b) rescriptum monumentum id fuit, quod muniendi causa ejus loci factum est, in quo corpus impositum: Hic Imperator religionem sepulcris debitam indigitat, dum muniendum monumentum statuit. Omnem enim rem religiosam a profana impietate munire dignissimum habebatur, jam vero constabat, vel timendum certe erat, ne impia dextra quorundam sceleratorum etiam sepultra non intacta relinqueret.

## XXVIII.

*Maceriarum  
suis*

Diversis in locis Autorum quoque legimus, cura fuisse Romanis, ne sepultra aliquam vim extrinsecus patarentur, dum ajunt cinxisse eos sua sepultra septo quadam, tum ex lapidibus tum humiliori quadam materia extructo, cuius rei etiam in legibus vestigia deprehenduntur, (a) ubi maceria sepulcra-

(a) L. 2. ff. d. sepul. viol.

(b) L. 37. ff. d. religios.

(a) L. 73. ff. d. contr. emit. vend.

puleralis mentio fit, sic in inscriptionibus legitur: *Fecerunt sibi sepulcrum, Macereis circumclusum;* (b) quibus splendor curæ erat, marmore muniebant tumulos. *Arcae autem vocabantur illæ maceriae, quibus quasi injurias aliorum, qui fraudibus suis sepulcris infidiabantur, arcerent,* plerumque autem *arcas* illas ab iis extrectas esse rumor fuit, qui hæreditaria sepulcra & communia habebant sibi suæque familiæ, quo ea a se invicem distinguerent, ne alii eo liceret mortuum inferre, quod tamen sibi solum competit. De hac materia CICERO (c) monet: *De sepulcris apud Solonem nihil est amplius, quam ne quis deleaf, neve alienum inferat, ponaque est, si quis bustum, nam id appellari puto τύμβον aut monumentum aut columnam fregerit, violarit, dejecerit.* Notandum hic quod habet JACOBVS GOTHOFREDVS: (d) *Submovenda, inquit, species Rævardi, in qua queritur, utrum is, qui actione pecuniaria ad modicam sepulcri violationem convenitus est, corruente postea integro monumento possit capitali judicio conveniri, quasi ruine causam dederit.* Neque enim ibi ejus, qui delictum ante admisit, postfactum aliquod intercessit, verum eventus & infœcta rei ruina post delictum admissum.

## XXIX.

Non autem violabat, qui reficiebat sepulcra & *Species delictum que religionem* monumenta, quæ vel temporis injuria vel alia vi

E 2 confite

(b) MONTFAVCON. Diar. Ital. c. 19. p. 263.

(c) CICERO d. Legibus II.

(d) JAC. GOTHOFRED. D. Regg. Jur. P. VI. p. m. 584.

*non violab-  
bant  
v. g. Refectio  
Sepulcrorum  
hostilium  
everso*

confecta erant, modo istud Pontificis permisso fieret. (a) Hostium sepultra demoliri violarique leges ipsæ permittebant, ita Lex: (b) *Sepultra hosti-  
um religiosa nobis non sunt, ideoque lapides inde sub-  
latos in quemlibet usum convertere possumus, nec se-  
pulcri violati actio competit.* Unde cum retorsionem metuerent olim Romani, loca quæ ab hostibus capiebantur, religiosa esse cessabant, quia hostium sepultra etiam apud ipsos profana erant. Locis autem ab hostibus liberatis, postliminii jure quasi redibant ad religionem suam sepulera. (c) Testimonium præbet LIVIVS: (d) *Omnium primum Camillus, ut  
erat diligentissimus religionum cultor, quæ ad Deos  
immortales pertinebant, retulit, fanaque omnia, quod  
ea hostes possidissent, restitui, terminari, expiari cu-  
ravit.*

## XXX.

*Habitatio in  
sepulcris ve-  
ritata*

*dolo malo  
facta*

Jam autem, ne violaretur sepulcrum, nemini licebat in illo habitare. Audiatur Prætor, qui ita ait. (a) *Si quis in sepulcro dolo malo habitaverit aedificiumque aliud, quamque scil. quod sepulcri causa factum sit, habuerit, in eum, si quis eo nomine agere volet, ducen-  
torum aureorum judicium dabo, addit in hocce edi-  
cto Prætor non sine pondere, si dolo malo factum fue-  
rit.* Democritus enim sine dolo malo solitudinis causa sepultra frequentasse & noctes diesque ibi com-

mora-

- 
- (a) QVENSTED. de sepult. vet. c. 12.
  - (b) L. 4. ff. d. sepul. viol.
  - (c) L. 36. ff. d. relig.
  - (d) LIVIVS L. V. c. 50.
  - (a) L. 3. ff. d. sepul. viol.

moratus esse fertur. Item si legatum fuerit Titio centum relicta sunt, ita, ut a meo monumento non recedat, (b) ista habitatio non sit dolomalo. Quod autem de dolo malo avertendo ita solicitus fuerit prætor, suspicionem excitat, ac si forte tunc temporis quidam homunciones sepulcrorum cavernis usi sint, ut ibi delitescentes, prætereuntes aggressi, spoliaverint. Sepulcra enim ad vias publicas erant, unde facile in viatores excursio poterat tentari.

## XXXI.

Denique alienari prohibebantur sepulcra. Continentur autem sub alienatione omnes alia contra-ctuum species, quas omnes sepulcra non admittebant. Ita enim Imperator GORDIANVS rescriptit: (a) *Res religioni destinatas quin imo jam religionis effectas, scientes qui emere & distrahere haud dubitaverint, tametsi jure venditio non subsistat, lese tamen insuper religionis inciderunt crimen.* Porro SCto caustum esse ait VLPIANVS, (b) *ne usus sepulcrorum permutationibus pollueretur, id est, ne monumen-tum veniret, obligaretur vel distraheretur a quo-quam.* (c) Ergo nec pignori dari aliove genere alienationis teneri nec in stipulationem deduci poterat ejusmodi ager, per sepulturam religiosus effectus. (d) Et si quis sub hac conditione stipulatus fuerit, vel legatum alteri reliquerit, si Titius rem religiosam aut

*Alienatio se-pulcrorum il-llicita.*

E 3 sacram

(b) L. 71. ff. d. condit. & demonstr.

(a) L. 1. Cod. d. sepul. viol.

(b) L. 12. §. 1. ff. d. Religios.

(c) L. 2. q. C. d. Religios.

(d) L. 3. C. Quæ res pign.

sacram vendiderit, conditio hæc jure non poterat impleri, habebatur enim pro non adjecta, quia quasi impossibilitas in ipsa conditione latebat. Neque licet donare sepulcrum. Ita enim habet inscriptio: ET. EI. CUI. DONATUM. VEL. VENDITUM. FUERIT. EADEM. POENA. TENEBITUR. Hinc venditionibus etiam plerumque hæc lex addi solebat: *Si quid sacri vel religiosi vel publici est, ejus nil venit.* (e) Agrum purum vero monumento coherentem profani juris esse, non erat incertum. Ergo vendi poterat & oppignorari. De hac oppignoratione puri agri supra §. IX. capiendus est. Non enim erat religiosus, quia mortui illatio ipsum non inficiebat.

## XXXII.

*Alienatio prohibita quo ex:  
imerentur se-  
pulcra natu-  
re profana-  
rum rerum*

*quo familia-  
ria sepulcra  
in familia  
mancerent*

Principia vero Romanis ea fuit in hoc casu ratio, ne religiosa loca profanarum rerum jure fruerentur, quia parum cultus tunc a plebe bustis exhibitus fuisset, quæ plebs, cum facilime ejusmodi opinionibus occupetur, forte omnem deinde iis paularim cultum denegare tentasset, nisi sepulcra eximio pra: aliis rebus privilegio uti vidisset. Deinde quoque, quæ familiaria erant sepulcra, in ista familia, ut permanerent, operam dabant, quod sequens inscriptio monstrat:

HOC. AUTEM. MONUMENTUM. CUM. AEDIFICIO. NEQUE. VENIET. NEQUE. DONABITUR. NEQUE. PIGNORI. OBLIGABITUR. SED. NEC. ULLO. MODO. ALIENABITUR. NE. DE. NOMINE. EXEAT. FAMILIAE. SUÆ.

## XXXIII.

(e) L. 22. 72. ff. d. contrah. eint. vend.

Hæc, quæ jam monuimus, ad violationem sepulcrorum præcipue spectabant. Nunc quoque videndum, quomodo cadaver sepulcro vel destinatum vel traditum, violatum fuerit, quod iterum diversis accidebat modis. Præprimitis quidem contrectatione, ita enim ex Legis dispositione cum antiquitus monumenta reficerentur, sedulo cavendum erat, ne offa cineresve ibi reperti, contingerentur. Timebant enim ne, cum dispergerentur cineres, quies morruorum, ad quam natura eos composuerat, turbaretur. (a) Accidebat porro ut mutilarent cadavera jami humata, quam injustom vim mortuis illatam, cum pro summo scelere reputarent, ne talis mortuis inferretur injuria, sub poena sacrilegii vetabant Romani; vid. cum QVINTILIANO, (b) alii autores, ubi nefaria recensentur sceleræ, quod tumulos bustaque scrutati fuerint, amputatisque cadaveribus, impias in nequitiam armarint manus. Nares, digitos carnososque clavos pendentium trucidatorumque servarint cruentem, modo ut vanæ superstitioni & lusui inservirent, quibus magicis artibus tamen jam olim frœnum injicere conati sunt Romani. Docebant quoque Romani mutilari defunctorum corpora & lacerari magicis incantationibus. Quales OVIDIUS (c) describit:

Jubeoque tremiscere montes  
Et mugire solum Manesque exire sepulcris.

VIR.

(a) L. 7. ff. d. sepul. viol.

(b) QVINTILIANVS Declam. XV.

(c) OVIDIUS Metam. VII. v. 205.

*Violatio  
cadaverum  
contingebat.*

*contrectatio  
ne*

*mutilatione*

VIRGILIVS: (d)

*Sæpe animas imis excire sepulcris.*

## XXXIV.

Contreclato-  
rum pana

Contra eos, qui res cūm mortuo conditas e se-  
pulcro clami auferrent, quos spoliatores Hesychius  
*τρυπάρχεις & λαπούδες νεκρῶν*, & Plautus *Bustirapos*  
 appellat, gravissimam sancit Lex (a) poenam: maxi-  
 me si manu armata aggrediantur, ut, si more latro-  
 num id egerint, etiam capite plectantur, uti D. Se-  
 verus rescripsit, si sine armis usque ad paenam metal-  
 li procedunt. Veritatem hujus rei PHÆDRVS (b)  
 fabula investiuit:

Preceptum  
ne mortua  
cadavera ex-  
ornarentur

*Humana effodiens offa thesaurum canis  
 Invenit, & violavit quia Manes Deos.  
 Injecta est illi divitiarum cupiditas,  
 Paenas ut sanctae religioni penderet.*

Stoliditas equidem eorum non fatis derideri potuit,  
 qui mortuos suos gemmis & splendidis exornatos  
 vestibus humabant. Interim cum haec ad furta allice-  
 rent, inutiles ejusmodi ineptiæ interdictæ leguntur.  
 Ridiculum tamen & illud, quod antiquissimis tempo-  
 ribus credebatur, eos gravis delicti reos esse, qui the-  
 saurum, quem sciebant in sepulcro aut alibi sub ter-  
 ra repositum, vel saltim attingerent. Plutoni enim hoc  
 munus sacrum, ergo mortalium manibus non contre-  
 standum. Interjecto autem tempore, aliquantum a  
 subtilissima illa religione recessisse Romanos, in apri-

co

(d) VIRGIL. Eclog. VIII. v. 98.

(a) L. 3. §. 7. ff. d. sep. viol.

(b) PHÆDR. L. I. 27. 3.

co est. Non enim violabatur religio, si pecunia in *Thesaurum*  
 monumentis abstrusa erueretur ab iis, quibus eruen-<sup>in sepulcro  
contredicere  
religio non  
vetabat</sup>  
 di jus erat, poterat enim accidisse, ut qui ob illa-  
 bantem vim hostium, sua pecunia malum omina-  
 bantur, majoris securitatis ergo nummos in sepul-  
 crum reponerent; hos deinde liberata patria iterum  
 sibi acquirebant; quis hoc injustum esse dixerit? Imo  
 cum Lege Julia peculatus (c) is teneretur, qui pecu-  
 niam sacram religiosamque abstulerat, vel intercepe-  
 rat, eadem tamen lex de inventa pecunia paulo post  
 (d) ita loquitur: Non sit locus religiosus ubi thesau-  
 rus invenitur, nam et si in monumento inventus est,  
 non quasi religiosus tollitur, quod enim sepelire quis  
 prohibetur, id religiosum facere non potest; qui  
 vero hujus thesauri dominium satis demonstrare non  
 poterant, eos sacrilegorum poena quoque manebat.  
 Quod inscriptioni huic insertum legimus: (e)

SI. QUIS. FURAVERIT,  
 PROINDE.  
 OBLIGATUS. ERIT.  
 AC. SI. SACRILEGIUM. COMMISERIT.

## XXXV.

Supra jam §. XIII. ostendimus cadavera sepultu-<sup>Violatio con-</sup>  
 ræ perpetua esse tradenda, si religio sepulcris debebat <sup>tingebat por-</sup>  
 acquiri. Compositis itaque ad quietem perpetuam <sup>ro</sup>  
 offibus & cinere, impium erat, reliquias alium in lo-

F                   cum

(c) L. 4. pr. ff. ad leg. Jul. pecul.

(d) L. 4. §. 6. ff. eod.

(e) GRVTER. Inscript. MLXXVII. 10.

*Translatione* cum transferre, unde inscriptionis formula maxime evadit perspicua:

VETO. RELIQUIAS.

VIRGILIVS: (a)

*Nec patris Anchise cineres Manesque revelli.*

Sine sepulcri itaque violatione ejusmodi translatio humati cadaveris suscipi non poterat. Ita enim Lex: (b) *Divi Fratres editio monuerunt, ne justæ sepulture traditum, i. e. terra conditum corpus inquietetur, videtur autem terra conditum, et si in arcula conditum sit, ut non alibi transferatur.* Omnis ergo causa in intentione eorum quarebatur, qui reposuerant cadaver. Videatur inscriptio:

NE. QUIS. NOS. INQUIETET. EX.

ARCA. NOSTRA.

NEQUE. AD. ANTE. ALIAM.

PONAT. AUT. COMMUTET.

Neminem autem magis quam defunctos securitate opus habere rati sunt Romani. Unde PERPETUÆ SECURITATI huc posita esse cadavera scribebant, nefas esse existimantes, curæ & custodiæ Manium eripere velle cadavera, qua jam humata fruerentur, unde PAVLVS, (c) illa sepulcræ *æternam sedem* vocat, scilicet, qua a nemine debebant transferri quaque tamdiu intacta servanda erant, quam temporis injuriæ ea non violarent. Ergo non facile translocabantur sepulcræ. Sæpius tamen ex ipsis tumulis extracta ossa alior-

---

(a) VIRGIL. Æn. IV. 427.

(b) L. 39. ff. d. Relig.

(c) L. 40. d. relig.

aliorum fuere reposita, sed justam & necessariam causam intercedere oportebat, qualis erat incursum fluminis & ruinæ metus; concedit hisce in casibus etiam lex (d) translationem aucti insigni addita cautela, ut id existimatione Rectoris Provinciæ fiat, vel Principis cognitione, cuius de hac re erat cognitio. Solebat autem a Principe, cum reliquiarum translatio petetur, libello dato ea impetrari. (e)

## XXXVI.

Singularem habent quoque de cadaveribus punitorum, leges (a) dispositionem, quamvis enim in hujus legis antecedentibus statuatur, deportatorum vel in insulam relegatorum poenam post mortem manere, adeoque etiam cadavera tangere, attamen eiusmodi homo cum defunctus esset, ex loco ubi obierat, transferri & sepeliri inconsulto principe prohibetur. Severi & Antonini rescriptis id expressum fuit. Cum autem translatio cadaverum, tanquam res religionem concernens, a Principe esset determinanda & de translatione punitorum princeps audiendus esset, recte inde inferimus, nec punitorum cadaveribus religionem suis se denegatam.

## XXXVII.

Pontificis autem cognitione vel maxime opus erat, & cum leges moneant id ex Princeps decreto esse determinandum, profecto istud negotium ad ipsum, non ut principem, sed quatenus simul Pontifex erat, pertinebat. Ita legimus:

F 2

RELI-

(d) L. i. C. d. relig. (e) GVTH. d. J. Man. p. 407.

(a) L. 2, ff. d. cadav. punit.

*Necessitas interdum translationem sua debat*

*Cadavera punitorum inisdem ritibus transferenda*

*Venia translationis a Pontifice petenda*

RELIQUIÆ. TAJECTÆ. EJUS.  
III. NONAS. FEBR. EX. PERMISSU.  
COLLEGII. PONTIFICUM. FACTO.  
PIACULO.

Duobus itaque requisitis in hoc negotio opus erat, alterum erat permisso Pontificalis Collegii, alterum factum Piaculum, quod posterius semper fiebat, ubi quid admittere cogebantur Romani, quo laudi sanctitatem Deorum credebant, ne ergo ab istis mali quid metuendum esset, facto piaculo expiabant noxiuum crimen. Brevibus, solemnia sacrificia fuere reddenda prius, quam corpus e loco moveretur. Hæc de translatione cadaverum, perpetuæ sepulturæ jam destinatorum.

## XXXVIII.

*Ad tempus  
reposita ca-  
davera inscio  
Pontifice  
translata*

Quæ autem corpora e locis transferebantur in quibus ad tempus tantum reposita fuerant, sine præscitu Magistratus inde in aliud translocabantur sepulcrum: Lex ita: (a) *Si nec dum perpetuæ sepulturæ traditum corpus est, translationem ejus facere non proberis.* Hoc enim sæpius accidere solebat, quod & hodie plerisque innatum est mortalibus, ut patrio monumento sepeliri præoptent, quod cum poposcissent, qui in alienis provinciis obierant, ad tempus in illa terra deponebanfur, dum se occasio monstraret commoda, cadaver transferendi. Optabat id exul OVIDIVS: (b)

*Quan-*

(a) L. 10. C. d. Religiof.

(b) OVIDIVS Trist. III. Eleg. 3. v. 31. 32.

*Quantum erat o magni perituro parcere Divi,  
Ut saltim patria contumularer humo.*

IDEML: (c)

*Offa tamen facito parva referantur in urna.  
Sic ego non etiam mortuus exul ero.*

IDEML: (d)

*Et cinis in tumulo positus jacuisset avito.  
Tactaque nascenti corpus haberet humus.*

Qui ergo suorum cineres e loco in alium translatus erant, summum amorem & pietatem ut adhuc mortuo contestarentur exceptos finu cineres reportabant. MARTIALIS: (e)

*Retulit offa finu cari Nigrina mariti.*

### XXXIX.

Fruebantur etiam legali quodam privilegio, (a) *Cadavera in via non erant vexanda* quo Severus mandabat, ne corpora detinerentur & prohiberentur per oppidorum territoria transvehici; ne iratos in se lacefferent Manes, qui etiam cineres in via comitari credebantur. In illo ipso Severi edicto inter alia reperimus, transvehenda esse per *territoria oppidorum cadavera*, ex quo tamen non colligendum, ac si non lieuisset cadavera per oppida transferre, quamvis antiquitatum scriptores afferant, præter morem & institutum id factum, si cadavera urbibus illata fuere. Interim quascunque urbes accedebant, quibus religio curæ erat, ibi vel fertis ornabatur urna, vel viri lu-

F 3 gubri

(c) OVID. Trist. III. Eleg. 3. v. 65.

(d) OVID. Trist. IV. 3. v. 45 49.

(e) MARTIAL. L. IX. Ep. 31.

(a) L. 3. §. 4. ff. d. sepul. viol.

gubri habitu mittebantur, qui funus aliquamdiu comitarentur, & persequerentur, tanquam has Inferias jam sepulcro ferrent, præcipue si funus viri de Republ. insigniter meriti transferebatur. (b) Qui eximius honor cadaveri Cæsarisi Augusti contigit. *No-*  
*elibus enim ejus corpus a Nola Bovillas deportatum fuit, cum interdiu in Basilica cujusque oppidi vel in ædium sacrarum maxima reponeretur.* (c) Cum vero per urbes transferre vellent mortuos suos, sine permisso eorum quibus permittendi jus erat, non licet; Interim & illud vetabat religio ne vestigia ab aliqua persona præstaretur pro corporibus in alium locum translatis. (d)

## XL.

*Religio se-  
pulrorum  
interdictis  
munita*

Quo autem violationum illa diversa genera sedulo averterent Romani, religionem sepulrorum interdictis munierunt, quæ vel conservandam religionem vel avertendam violationem ejus spectabant, cuius generis species PAVLVS (a) resert: *Ne quid in loco sacro fiat, quod factum est, restituatur.* De mortuo inferendo &c. ita & de sepulcro ædificando, reficiendo, perficiendo videoas JCTOS veteres & Imperatores statuisse. Cum enim religionis interesse crederent, monumenta refici, neque religionis exterrum habitum mutilari, interdicto: *Quod vi aut clam agebatur. Si quis statuam e monumento sustulisset (b) is*

(b) PLVTARCHVS in Demetrio.

(c) SVETON. vit. Atiq. c. 100.

(d) KIRCHMANN. d. fun. Rom. III. 23. 24. 25.

(a) L. 2. §. 1. ff. d. interd.

(b) L. 15. §. 5. ff. Quod vi aut clam.

is hoc utebatur interdicto, ad quem jus monumenti pertinebat, ut restitueretur istud, *quod interest.* (c) In hoc interdicto itidem continetur restitutio ejus, quod interest, si monumentum in alterius fundo sive bona sive mala fide fuerit exstructum.

## XLI.

Sepulcri tamen violati actio solennior erat, *actio sepulcri violati data*  
 qua competebat Domino ad quem jus sepulcri pertinebat, quamque iste instituere cogebatur sancta religione coactus; imo cum delicti publici instar esset, nemini ex populo ea actio neganda fuit, istamen *que etiam popularis*  
 cuius intererat præferebatur, quod in omnibus acti-  
 nibus popularibus solenne. (a) Alia lex ita: *Sepulcri violati crimen dici potest ad legem Julianam de vi publica pertinere ex illa parte, qua de eo cavitur, qui fecerit id, quo minus aliquis funeretur sepeliaturve, quia et qui sepulcrum violat facit, quo quis minus sepultus sit.* (b) Publicis enim in judiciis ipse populus ea quæ Reipubl. quidquam detimenti afferebant, vel accusator populi nomine crimina publico dedecori futura, vindicabat. Nihil enim magis obesse potuisse Republicæ Romanæ judico, quam si sanctitatem religionis læsam non ulciscerentur. Hinc etiam accuratissimi in religione fuisse dicuntur, (c) & noluisse ut alicujus Manes nudarentur, sed omnium ossa terra tegerentur. (d) Lex civilis confitetur, hanc actionem non ad

(c) L. 15. §. 7. ff. eod.

(a) L. 3. §. 1. ff. d. pop. act.

(b) L. 8. d. sep. viol.

(c) L. 3. §. 12. ff. d. sep. viol.

(d) LIV. L. 31.

*ad rem familiarem, sed magis ad ultionem publicæ securitatis, religiosis locis debitæ, pertinere.* (e) Item alia quæ quarit, an ad hæredem necessarium pertineat actio sepulcri violati, ita loquitur: Neque id capiatur quod in rei persecutione, sed in sola vindicta sit constitutum. (f)

## XLII.

*Diversimode  
in violatores  
Religionum  
animadver-  
sum*

*¶ gravitatis  
delicti*

*¶ qualitatis  
personarum  
ratio habita*

*Quædam actio  
etiam pecu-  
niaria*

Animadvertebatur autem in eos, qui violaverant religionem mortuis eorumque sepulcris debitam, ast non una eademque poena, quam illi decidebant, qui de sepulcri violati actione judicabant. Aestimabant autem eam quatenus intererat, scilicet ex injuria, quæ facta erat, item ex lucro ejus, qui violaverat, vel ex damno, quod contigerat, vel ex temeritate ejus, qui fecerat. (a) Ratio tamen personarum quoque habebatur, quæ hocce crimen commiserant. Ita rei sepulcrorum violatorum, si corpora ipsa extraxerint, humilioris quidem fortunæ, summo supplicio afficiuntur, honestiores in insulam deportantur, alii autem relegantur aut in metallum damnantur. (b) Qui mortuos exuebant, iis manus amputabantur. (c) Quod autem hæc actio non criminalis tantum fuerit Romanis, testatur lex. (d) Actio quoque pecuniaria datur, distinguendum tamen in illa andolo malo facta violatio fuerit, an dolus absuerit. Nam si dolus aberat, v. g. si per imperitiam vel rusticitatem

(e) L. 6. ff. d. sep. viol.

(f) L. 10. ff. eod.

(a) L. 3. §. 18. ff. eod.

(b) L. 11. ff. de sep. viol.

(c) KIRCHM. d. fun. Rom. III. 26.

(d) L. 9. ff. d. sep. viol.

eitatem vel casu violationem quis commiserit, poena cessabat. (e) Passim autem in Legibus reperimus horum violatorum poenam jam mortem, relegationem, jam manus amputationem, deportationem, jam pecuniam fuisse; Quamvis autem sine dubio pro gravitate delicti poenæ quoque exaggeratae sint; Interim quod in legibus tam mire variatum fuerit, illam suffice forsitan rationem colligere licet: Quia Imperatorum, quorum sub Imperio haec leges late sunt, alter altero religioni magis addictus, adeoque in violatores quoque gravius inventus fuerit, præcipue cum quidam eos vel sacrilegorum poenis dignos judicaverint. (f)

## XLIII.

Peculiari tamen cognitioni subiecta haec fuere crima. Namque uti Pontifices religiosa sepulcra fanxere & religiosas res ut sacras inter divina jura posuere; (a) ita ipsorum quoque jurisdictioni com-  
Cognitio de Religione se-  
pulcrorum Pontificibus propria  
petebat, in frivolos sepulcrorum religionem violatores animadvertere. In genere enim sepulcrorum curam ad Pontifices spectasse, multis autorum testimoniis comprobari potest. *Nil quippe videbatur iustius, quam de religiosis rebus judicium illis relinquere, qui religionum naturam callebant,* ita GVTHERVS. (b) Jus Manium plurimam Pontificis juris partem constituit, atque FESTVS (c) ideo Pontificem Maximum

G appell-

(e) L. 7. §. 4. ff. d. Jurisdic<sup>t</sup>.

(f) L. 4. 5. 6. 9. §. 1. ff. ad L. Jul. pecul.

(a) L. 1. ff. Rer. div.

(b) GVTHER. d. Jur. Man. L. II. c. 8.

(c) In vocab. Maximus Pontifex.

appellatum fuisse conjicit, quia maximarum rerum, quæ ad sacra & religiones pertinerent, Judex erat. Eas enim res, quæ ad sacra pertinebant, senatus ad collegium Pontificum rejiciebat, qui de religione soli decernerent. (d) PLVTARCHVS (e) οὐ δὲ ποντίφικες καὶ περὶ τὰς ταῦτας πάτρια τῆς χρήσεως ἀφηγεῖνται. Quicquid ergo de funeribus præscribendum, quomodo Dii Inferi Manes rite colendi, imo ceremonia justæ instituenda, id omne a Pontificibus decernendum, unde etiam a Pontificibus sèpius assignatum fuisse locum ei, qui Cadaver humaturus sepulcrum nec hereditarium nec familiare possidebat. Inscriptiones te-stantur Romæ repartæ:

LOCUS. DATVS. EST. A. PONTIF. MANILIO.

FORTUNATO. PATRONO. Item:

URNA. EMTA. ATQUE. INDULGENTIA.

PONTIFICUM.

LOCUS. DATVS. EST.

Deinde ubi transferenda erant Cadavera, jam supra monuimus, præscitu Pontificis opus fuisse, quod jam aliquot testimoniis corroborabimus. Ita PLINIVS (f) ad TRAJANVM: *Qui sciebam in urbe nostra ejusmodi ex causis collegium Pontificum adiri: TE Domine maximum Pontificem consulendum putavi, quid observare me velis.* Cui TRAJANVS ita respondit. (g) *Durum est injungere necessitatem provincialibus,*

*Ponni-*

(d) AVL. GELL. Noctibus Att. L. V. c. 17. BRISSONIVS de formulis 2. p. m. 209.

(e) PLVTARCHVS in Numa.

(f) PLINIVS Epist. X. 73.

(g) - - - 74.

Pontificum adeundorum si reliquias suorum ex loco in alium transferre velint. (h) (i) Interim quamvis durum videretur prisca leges, tamen jubebant. Ita Lollia Paulinae cineres reportari sepulcrumque instrui permisit Nero; quod ut Pontifex maximus fecit (k) In ritibus funeralibus enim instruendis neminem magis sollicitum esse decebat, quam eos, quos ob religionem peculiari venerabantur autoritate cives. Unde etiam Summis Principibus illa dignitas collata. Galba Pontificatum maximum cepit, cum medio Martio campo, adhibita publicorum sacerdotum frequentia, inferias Neroni dedit, & SVETONIVS (l) recenset in Octavii exequis suaesse quosdam: *Legenda ossa per sacerdotes summorum Collegiorum.* Hi religiosi ritus, uti sepulcris omnino præcipue debebantur, ita in iis ordinandis officium Pontificis confilia manusque suisse apprime occupatas, videri potest.

## XLIV.

Denique multa ipsis violatoribus constituta *Multa arcae*  
Pontificum arcae inferebatur:

*Pontificum il-*  
*latu*

QUOD. SI. QVIS. CONTRA. HANC. INSCRIPTIO-

NEM. FECERIT.

INFERET. POENAE. NOMINE. ARCAE. PON-

TIFICUM. &c.

G 2

Quan-

(h) KIRCHM. de fun. Rom. III. 25.

(i) GVTHER. de Jur. Pontif. II. 9.

(k) TACITVS Annal. XIV. 12.

(l) SVETONIVS vit. Octav. e. 100.

Quantitas autem poenæ in inscriptionibus jam levior  
jam gravior statuebatur. Notandum tamen: In se-  
pulcri violatione, si poena peteretur, cessasse Pontifi-  
cum autoritatem. Ubi autem in inscriptionibus in-  
venitur, arcæ Pontificum inferatur; ex.hoc quasite-  
flamento vel ultima voluntate in marmore reperta,  
poenæ petitio nascitur, pro qua apud Prætorem expre-  
riri Pontifices debebant, nec enim poterant sibi ipsis  
jus dicere. (a) Facile itaque colligi inde poterit,  
ipos quoque studiosissime invigilasse, ne impunitum  
manceret delictum, quo religio violata fuisse credeba-  
tur, quoque dolum malum sepulcro illatum esse su-  
spicio erat.

## XLV.

*Ex ante dictis  
anucleatur  
Inscriptio*

Nunc in aprico jacet intentio inscriptionis, quam  
recenset BERNHARDVS MONTFAVCON in Diario  
Italiæ: (a)

AGATHOPUS. AUG. LIB. INVITATOR.  
QUE. ADMODUM. IN. INTROITUM. POR-  
TIUNCULÆ.

AD. MONUMENTUM. AURELIAE. IRENES.  
SUPERPOSITO. TITULO. SUPER. OSTIVM.  
SCRIPTURA. CONTINETUR. QUI. TITULUS.  
ATTENDIT. IN. HORTO. EA. OMNIA. DE. SUO.  
FECIT.

QUÆ. PERTINENT. AD. MONUMENTUM. SE-  
PULCRUM. ISDEM.

AGA-

(a) GVTHER. de Jur. Pontif. II. 9.

(a) MONTFAVCON. Diar. Ital. c. 25. p. 359.

AGATHOPI. QUOD. VIVUS. ET. JUNIA.  
EPICTESIS. FECERUNT.  
AB. IIS. OMNIBUS. DOLUS. MALUS. ABESTO.  
ET. JUS. CIVILE.

Habetur ejusmodi tenoris fere inscriptio apud GRVTERVM (b) Romæ ad theatrum Marcelli reperta,  
ubi dicitur:

DOLUS. MALUS. ABESTO.

ET. JURIS. CONSULT. quæ postrema verba, uti singularem sine dubio sibi vindicat interpretationem, ita experiemur, quid in eruendo eorum sensu valeamus; dolo malo enim hic omnia violationis genera comprehendendi, facile collectu est. Cur vero Jus Civile & Juris Consulti a sepulcro abesse debeant, non confessim patet. Cum enim Juris Civilis leges tam sanctas pro religione sepulcrorum statuerint leges, Jus Civile potius sepulcris adesse debere, credendum erat. Sed videtur hacce formula Inscriptionis Autor indigitare, non pertinere ad eos judicium de religione sepulrorum judicandi, qui profanum jus profiterentur, & causas in illo occurrentes deciderent, sed abesse debere jus Civile, & Pontificum tribunal potius adeundum, qui sanctitatem vel defendere vel violatam vindicare & restituere deberent. Excedere hoc captum eorum, quos sanctitas religionis cultusque divini cura non implevisset, quod apud Pontifices fecus esset. Ast quamvis huic opinioni subscribere non facile dubitarem, alia tamen adhuc in promtu est: Poterat

G 3

ergo

(b) GRVTER. Inscript. p. DCLXII. 5. it. p. DCCLXXI. 9.

ergo ita explicari: sepulcrorum religionem fugere omnes contractus jure Civili solennes, non posse vendi, oppignorari, locari, permutari sepulcrum. Abhorre ergo religionem sepulcrorum a diversis hisce contractuum generibus, timere enim sepulera dolum malum qui in hisce Jure Civili edictis contractibus saepius occurtere, soleret. Ita enim aliae inscriptio-nes habent. (c) Eos qui vendere, donare, mutare volunt religiosa sepultra, religionem violare. Relin-quimus L. B. an non summa probabilitas pro his ex-planationibus militet.

## XLVI.

*Aliæ Inscriptio-  
nes enar-  
rate*

Poteramus nunc huic capiti valedicere, sed pro-ducendæ adhuc quædam inscriptiones, quæ, ceu reli-gionis sepulcrorum testes, marmora lapidesque supe-rant diuturnitate. Didicimus enim ex iis, qua poe-na violatores monumentorum fuerint excepti.

v. g.

Ο. ΚΕΙΝΗCAC. ΤΟΝ. ΒΩΜΟΝ. Η. ΑΛΛΟΝ. ΕΚ. ΤΟΥ. ΤΑΦΟΥ. ΑΠΟΔΩΣΕΙ. ΔΗΜΩ. ΡΩΜΑΙΩΝ. ΔΗΝΑΡΙΑ. ΠΙΕΝΤΑΚΧΙΛΙΑ. (a)

i.e. *qui moverit aram aut aliud quippiam ad sepul-crum spectans, solvet Rom. populo quinque millia de-naria.* Titi Flavii sepulcro hæc inscripta verba :

ΕΙ. ΔΕ. ΤΙC. ΑΝΟΙΞΕΙ. ΔΩΣΕΙ. ΤΩ. ΦΙΣΚΩ. ΔΗΝΑ-

(c) GRVTER. Inscript. CCCLXXXIII. 4. DCLXXII. 1. DCCCXXXV. 8. DCLII. 8.

(a) MONTFAVC. Diar. Ital. XIV. p. 202.

ΔΗΝΑΡΙΑ. ΔΙΣΧΙΛΙΑ. ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ ΚΑΙ. ΤΦΕΞΕΙ.  
ΛΟΓΟΝ. ΑΣΕΒΕΙΑC. (b)

i.e. *Quod si quis aperuerit, dabit fisco bis mille ducenta denaria & impietatis criminis reus erit.* Nostandum ex his inscriptionibus quam & populo & fisco Pontificum pœna portio debita fuerit. Item:  
NE. VELITIS. OSSA. MEA. VIOLARE. QUISQUIS.  
ES. HOMO. VOS. SODALES. MEOS. CUNCTOS.  
ROGO. PER. DEOS. SUPEROS. INFEROSQUE.  
NE. VELITIS. OSSA. MEA. VIOLARE.

Item:

SI. QUIS. HOC. SEPULCRUM. VEL. MONUMENTUM. CUM. AEDIFICIO. UNIVERSO.  
POST. OBITUM. MEUM. VENDERE. VEL.  
DONARE. VOLUERIT. VEL. CORPUS. ALIENUM.  
INVEHERE. VELIT. DABIT. POENÆ.  
NOMINE. ARCAE. PONTIFICUM. HS. C. ET.  
CUI. DONATUM. VEL. VENDITUM. FUERIT.  
EADEM. POENA. TENEBITUR. (c)

Item:

IN. HOC. SEPULCRUM. SIVE. SERVUS. SIVE.  
LIBERTUS SIVE. LIBER. INFERATUR. NEMO.  
SECUS. QUI. FECERIT. MITEM. ISIDEM.  
IRATAM. HABEAT, ET. SUORUM. OSSA.  
ERUTA. AC. DISPERSA. VIDEAT. (d)

Deos

(b) MONTFAVC. Diar. Ital. c. 28. p. 424.

(c) BRISSON. Form. VII. 703.

(d) GRVTER. Inscript. CCCIV. I.

Deos ergo sancte contestando religiosum horrorem  
aliis incutere tentabant, ne sua sepulera contamina-  
rentur. Sat clara habes de sepulcrorum Religione  
apud Romanos testimonia.

## XLVII.

## Conclusio

Edax ergo vetustas Romanis hanc laudem sum-  
mæ exactæque religionis rapere non potuit, quam  
adeo omnibus anteponebant negotiis, ut etiam publi-  
ca illi cederent. Nemo enim, qui justa in exequiis  
faciebat, vel funus comitabatur, in jus rapi poterat,  
cum alioquin quivis in via ad tribunal poterat duci. (a)  
Hoc religionis beneficium quod lex appellat, (b)  
etiam iis sacerdotibus competit, qui sacra facie-  
bant. Id enim non tantum honori personarum, sed &  
Majestati Deorum indulgebatur, cuius sacræ sacer-  
dotes vacare oportebat. (c) Juvit ergo religiosus  
cultus sepulcrorum alios, ne ad Prætorem potuerint ra-  
pi. Aliis vitam conservavit. In vulgus nota enim  
historia, qua Dominus servum malignum, in tem-  
plum ad aram confugientem, persecutus, prius non  
desit, quam servus in sepulcro parentis Domini sui  
confudit, cuius memoria & religione insimul erga  
defuncti sepulcrum tactus dominus, servo delictum  
condonavit. Unde sat constare cuilibet poterit, quam  
altas radices sepulcrorum Religio in animo uti omnium  
gentium ita Romanorum præcipue egerit.

## SECTIO II.

- 
- (a) L. 23. ff. d. in Jus voc.
  - (b) L. 18. ff. d. Procur.
  - (c) L. 32. §. 4. ff. d. Arbitr.

## SECTIO II.

DE

RELIGIONE SEPVLRCRO-  
RVM EX DISCIPLINA LEGVM  
AB IMPP. CHRISTIANIS  
LATARVM.

I.

**S**atis jam admirati sumus sollicitudinem Romana-  
rum Legum, quarum Autores gentiles fuisse  
constat. Nunc ordo rei nos admonet, ut ostendamus, eidem in sepulcra religioni primos illos Impera-  
tores Christianos deditos fuisse. Diffusa certe proba-  
tione non indiget, Imperatores Christianos religiosis  
omnino opinionibus occupatos, adeoque ferme eo-  
dem vel adhuc profundiori studio eam religionem  
coluisse. In publicum enim notum est, ipsos nomen  
gentilium quidem exuisse, interim innumeris adhuc  
erroribus facilem præbuisse aurem, præcipue si prima  
statim post Paganorum expullionem tempora perlustras.  
Sed quid dicam de religione illorum seculo-  
rum & cur tam longinque eam accersam, cum no-  
vissima tempora eam nondum exuerint.

II.

Scivisse interim aliquantum juvabit, quam fer-  
vido admodum conatu, in Ecclesia Christiana incuna-  
bulis, religiosi circa sepulcrorum cultum ritus obser-  
vati fuerint. In exequiis enim ipsis hymnorum &  
H. M. Psal-

*Præmœve Ec-  
clesia in sepe-  
liendis mor-  
tuis ritus*

Psalmorum cantus solennis, qui dum a fidelibus & religiosis viris, uti S. DIONYSIVS inquit, (a) celebraabantur, alios ad pietatem incitabant. Colligunt etiam ex diversis aliorum coetaneorum testimoniis, sacerdotes tunc funerum comitatui adfuisse, quo eo devotius omnia peragerentur. (b) Orationes quoque funebres in defunctorum laudem & parentalium instar habitæ, præcipue cum magnorum quondam in Republ. Principum & virorum cadavera humanda essent. Deinde celebrata missa, sacerdos accedens ad defunctum bene precabatur ipsi. Atque tunc conditum cadaver terramque injectam fuisse legimus. Quo peracto in signum sinceri & post mortem adhuc perseverantis amoris violæ, rosæ, lilia in tumulos conjiciebantur. (c) Taceo alias ritus & mores in exequiis & sepulturis exhibitos, qui tamen postea in Conciliis abrogati sunt. Comestibilia enim supra sepulcra collocare, ac si demortuorum umbræ illis vescentur, & alia deinde paulatim alijs ridicula & impia visa, ergo etiam sublata fuisse scimus.

## III.

*Transfatio*

Illa autem obiter. Exponenda namque nunc loca qua hinc inde tunc in codice Justinianeo tum Theodosiano occurront, ex quibus religio sepulcrorum legibus Imperatorum Christianorum sancta patet. Patrum enim testimonio fulcire sententiam nostram non foret difficile: videremur vero extra oleas ferri, si quod

(a) S. DIONYSIVS d. Eccles. Hierarch. c. 7.

(b) CHRYSOST. homil. 70. ad popul. Antiochen.

(c) S. HIERON. Epist. ad Pionach. de obitu uxoris.

si, quod ad juris prudentiam pertinet, sanctis quibusdam Patrum dicteris incrustare conaremur. Attamen eorum testimonia non rejiciemus, sed si materia imperabit, aliquod dictum allegabimus, quod tamen non tam probandi quam illustrandi causa adjicetur.

## IV.

Ostendunt leges hisce Codicibus propositæ quam strenui fuerint Imperatores Christiani in puniendis violatoribus, quamque sedulo omnino cautumi fuerit, ne quis sepultra ipsa nec corpora profana quadam auctoritate, violaret. Quod ad sepultra ipsa attinet, ut eternas esse sedes defunctorum credebant: ita, ne forsitan demolitione ista eternitas mutilaretur, interdicebant. Sic enim Constantius, dum in sepulcrorum violatores invehit, (a) pergit: *Qui ædificia Manum violent, domus ut ita dixerim defunctorum, geminum videntur facinus patrare, nam & sepulcros spoliant destruendo, & vivos polluant fabricando.* Spectat hæc lex omnino tantum ad sepulcrorum structuram eorumque sanctitatem defendit, quod etiam ex subsequentibus uberior patet, ubi marmorum, saxonum, columnarum mentio fit, quæ omnia, quamvis ad ornamenta tumulorum saltim pertinerent, attamen ab Imperatore promerita & nec olim ipsis denegata religione donabantur. Non dubitabimus autorem hujus legis ex principiis Christianæ Religionis illam sanctitatem mortuorum domiciliis concessisse, interim quod jam §. I. asseruimus ipsis Imperatoribus Christianis

H 2 nis

(a) L. 4. C. Theod. d. sep. viol.

nis illam religionem ex antiqua Romanorum disciplina accersitam, & sat fallis principiis involutam fuisse vel exinde patet, quod Constantius hac in lege Deorum Manium, quos Christiana religio ignorat, mentionem injiciat. A quo tamen abhorruisse videtur Tribonianus, qui pro his verbis: *Aedificia Manium, substituit sepulcra.* (b)

## V.

*De pena in  
violatores se-  
pulrorum  
statuta*

Qui porro in demoliendis & subvertendis sepulcris impias adhibuerant manus, detecto scelere eandem tenebantur subire poenam, qua priscis Romanorum legibus definita erat, (a) quod vero olim hi veterum Legum conditores post fata mortalibus diligentissime prospexerint, eorum, qui sepulcra violassent capita persequendo, JCTi PAVLI sententia testatur, (b) qui exacte & criminis atrocitatem & personarum qualitatem distinxit. Neque adeo gravia visâ fuere quibusdam Imperatoribus poenæ suppliciique genera ab hoc JCTo proposta. Deinceps autem aliis imperiis capeſſentibus, ob nimiam duritatem atque sumum jus, quod Pauli Leges proſequabantur, summanque, qua timebatur, injuriā, capitale supplicium esse abrogandum, satius ducebatur, quod ex Constantiſ lege (c) patet: *Factum, inquit, ſolitum ſanguine vindicari, multæ iñſtictione corrigitur.* Probabile enim est, ipsum Imperatorem divinis principiis edo-

(b) L. 4. Cod. d. sep. viol.

(a) L. 3. C. Theod. d. sep. viol.

(b) L. 2. ff. d. sep. viol.

(c) L. 2. C. Theod. d. sep. viol.

edictum a sanguinis humani profusione abhoruisse, cum tam gravem poenam huic delicto in Dei praecipis non deprehenderit. Multa autem, ab illo constituta una auri libra erat. Quæ poena multo lenior illa, quam Constantius, (d) antea dictarata: qui volebat ut decem pondo auri inferrentur fisco ab eo, qui aliqua injuria affecisset sepulcrum. Severitatem autem antiquam Juliani Apostatae edictum (e) sapiebat, qui busta, aggeres consecratos audacter violare, lapidem hinc movere, terram sollicitare, cespitem velle, dum sacrilegii instar habitum a majoribus, afferit, ejusdemque criminis reos esse judicat, qui suo tempore tale quid committeret, cuius Manes vindices invocat. Quod Julianum dixisse, nemo mirabitur, qui negligenter ejus in Christiana religione animum novit. A Constantino tamen differentiam aliquam, lege prima statim de violatis sepulcris constitutam, legimus, si quis in demoliendis sepulcris fuerit apprehensus, si, vel sine conscientia Domino vel ejus autoritate fecerit, ubi illo casu metallo adjudicari, hoc relegatione plectri dicatur. Agit haec lex de servo quod TRIBONIANVS (f) clarius; qui Phrasin si quis, emendat scribendo, si servus.

## VI.

Hæc de demolitione & sepulcrorum eversione, a qua, uti Imperatores Christiani sepultra vel maxime defendere allaborabant, ita omnes quoque præcludere volebant vias, quibus forsitan vim sepulcris

*Non liebat  
reficere sepul-  
cra sine præ-  
fectu Pontifi-  
cis*

H 3

in-

(d) L. 4. C. eod. (e) L. 5. eod.

(f) L. 2. C. d. sep. viol.

inferri metuebant, quod vel inde appareat, quia ne iudicibus quidem publicæ fabricationis causa monumenta dejicere permisum erat. Hinc etiam, ne reficere quidem licebat sepultra, summa etiam, necessitate id exigente, nisi libellis a Pontificibus datis impetrarent, ut reparationis gratia labentia sepultra depонerent; deficiente autem autoritate Pontificis multa inferenda erat fisco. (a) Jam supra prima sectione monuimus, istud & apud Romanos obtinuisse, ut cum Pontificibus omnem religionum inspectiōnem largirentur; ita de refectione & reparatiōne tumulorum iudicium eorum quoque exigerent. Adiungitur hac Constanti lege Praefectus urbi, atque in Provinciis locorum iudex, Pontificibus. Mirum hoc quibusdam fuisse, asserunt nonnulli, quod Christiani Imperatores Pontificibus adhuc curam sepulcrorum reliquerint, persuali forsitan paganismum redolere, si Pontificibus ista cura committeretur, quasi vero notio Pontificis conservata simul Pontificum superstitionem atque ridiculas doctrinas simul complecteretur. Sciendum potius, quod, cum Christiani Principes pristinam hanc notionem suam Pontificibus reliquerint, atque haec lex ad urbem Romanam & ad sepultra Gentilium, quæ ibi erant, pertinuerit, eaque sepultra Gentilium iisdem sancte adhuc conservanda esse volebant, non adeo sit mirum, si officio quod ad ipsos spectabat, conservato, non mutarint nomen dignitatis officiique, præcipue cum secularem Praefecti urbis notionem associaret ei Imperator. Hanc sanctio-

(a) L. 2. C. Theod. sep. viol.

ctionem qui violabat, quique infcio Pontifice vel Praefecto urbi reficere audebat sepulcrum, multam XX. librarum auri subibat.

## VII.

Ut autem eo magis vindictam metuerent, qui *Quis detulerit ad Judicem crimen ejusmodi* nefarium in sepulcrorum religionem scelus perpetrare nitebantur, eoque magis a nefario suo ausu retraherentur, querelam de lafa religione a diversis hominibus potuisse institui, lex monet. (a) Sive enim quis propria sepulera defendens hanc in judicium querelam detulerit, sive quicunque alias accusaverit, sive officium denunciaverit. Sapiunt hæc omnia pri- scam severitatem, quæ cuivis ex populo tunc veniam accusandi concedebat, quando reipublicæ intererat, sceleratis gravi imposito supplicio alios suo exemplo detergere. Hic tamen, cum lex officii mentionem facit, non quemvis ex populo ex officio eo adigi statuit, sed officiales intelliguntur judicum, quales esse poterant, qui & securitatem viarum aliorumque locorum publicorum procurant. Maxime enim probabile videtur, cum Imperatores illi pro religione sepulcrorum vigilarint, ipsos etiam peculiariter constituisse custodes, qui viarum publicarum, in quibus sepulcrum & monumenta posita fuisse legimus, curam gererent, aliosque abigerent & denunciarent, qui religioni sepulcrorum insidiabantur.

## VIII.

Multo minus autem patiebantur, ut cadaveribus humatorum quicquam inferretur injuria, jam olim enim

*Altera violacionis species cadaveribus*

(a) L. 4. C. Th. d. sep. viol.

*matum spe  
Babat*

enim curæ erat Imperatoribus, ossa sacrosque demor-  
tuorum cineres ab omnibus vindicare nefastis spoliis,  
quam curam interjecto tempore demum CASSIO-  
DORVS (a) in Theoderico adeo commendabat.  
*Defunctorum*, inquit, *quin etiam sacram quietem æqua-  
bilis jura tuæ conscientiæ commiserunt*, ne quis vestita  
marmoribus sepulcra nudaret, ne quid columnarum de-  
corem irreligiosa temeritate præfumeret, ne quis cine-  
res alienos aut longinquitate temporis aut voraci  
flamma consumitos scelerata perscrutatione deteggeret,  
ne corpus quod semel reliquerat molestias mundanas  
humanas iterum pateretur insidias. Nam eis furia  
non sentiunt, ab omni pietate alienus esse dignoscitur,  
qui aliquid mortuis abrogasse monstratur. Vide, quæ  
tibi commissa sunt casitas viventium & securitas mor-  
tuorum. Poterat hoc tam salutare præceptum Im-  
peratorum Christianorum norma in conservanda re-  
ligione sepulcrorum fuisse, si non constaret, aliquam-  
diu post demum hac a Cassiodoro scripta esse. In-  
terim non dubitandum ipsos sat religiosis fuisse in-  
structos Doctoribus, qui monuerunt, ne sepulcrorum  
sanctitatem spernerent. Testimonio esse potest Lex  
(b) quæ cum strenue in sepulcrorum violatores ani-  
madverisset, denique subjicit: *Huic pœnæ suhjac-  
bunt omnes & qui corpora sepulta aut reliquias con-  
trectaverint.* Nemini ergo contrectare licebat, nisi  
summi criminis reus esse vellet, quod Pandectarum

Lex

(a) CASSIODORVS Ep. L. VI. Ep. 8.

(b) L. 4. C. Theod. d. sep. viol.

Lex itidem imperat. (c) Alii equidem hoc de simplici contactu non esse capiendum pro virili defendere al-laborant, qui *corporibus non contactis* ita interpretan-tur, dummodo corpora non loco moveantur, & trans-ferantur, cum vero leges expressis iisque diversis præ-ceptis contrectationem a translatione separant, lege distingvente, cur nec nos distinguemus, cum non adeo a veritate alienum sit, olim gentes tam superstitione religioni fuisse addictos, ut vel solo contactu lædi ci-neres & violari eorum sanctitatem existimaverint.

## IX.

Legimus etiam insigni industria cavisse, ne reli-  
quia sepulrorum, jam semel bene composita, aliorum Translatione  
transferrentur, de quo lex ita disponit: (a) *Humatum reliquiarum*  
*corpus huma-*  
*corpus nemo ad alterum locum transferat, nemo mar-*  
*tyrem distrahit, nemo mercetur.* Habeant vero in  
potestate, si quilibet loco sanctorum est aliquis conditum, pro ejus veneratione quod martyrium vocandum  
sit, addant, quod voluerint, fabricarum. Prior hujus  
legis tenor in genere translationem reliquiarum omni-  
um corporum interdicit, jam olim haec Romanis le-  
gibus videmus sanctissime sancta, ne justæ sepultura Prima pars  
traditum corpus translatione inquietaretur, nisi trans-  
ferens se criminis violati sepulcri obnoxium reddere  
cupiebat, (b) jamque prima sectione monuimus, huic legis  
eo veteres inscriptiones collimasse, quibus PERPE-  
TUÆ SECURITATI corpora sacrata legebantur,

*agit de trans-*  
*latione cada-*  
*verum in ge-*  
*nere*

I

qua

- 
- (c) L. 7. ff. d. sep. viol.  
(a) L. 7. C. Theod. d. sep. viol.  
(b) L. 39. ff. d. Relig.

quæ securitas nisi externa tempestatis vis ruinam minaretur vel incurrentis aquæ impetus forsitan translationem suaderet; de quibus casibus tamen Pontificum consultatio ante omnia adhibenda erat, sub Imperio Christianorum Imperatorum continuata sepulcris adhuc concessa fuit. In Codice hoc ita expressum legimus: (c) *Nemo humanum corpus ad alium locum sine Auguſti affatibus transferat;* quæ lex, uti omnino cum hac Theodosiani Codicis conspirat, ita mirari licebit, Tribonianum pro verbo *Humatum humanum* scriplisse. Credibile enim hic de humato corpore sermonem esse, scilicet, quod justis solemnibus & religiosis parentalibus sepultum fuerat, quamvis enim humatum quoque corpus humanum sit cadaver & tale maneat, non tamen appetat, cur hæc verborum commutatio Triboniano adeo placuerit, præcipue si contemplamur, humanum corpus, quod justa sua sepultura destituebatur, quodque ad tempus, saltim in certum reponebatur locum, potuisse omnino transferri, hoc autem in humato corpore leges summopere improbant. Applicanda deinde hæc generalis legis sententia de translatione omnium omnino cadaverum etiam ad cadavera Apostolorum vel Martyrum, quorum translationem, uti legitima jam facta sepultura prohibebat, ita alix etiam hos Imperatores monebant causæ, cur translationem sanctorum reliquiarum non admitterent. Vel maxime enim timendum ipsis erat, ne, si quis in agro suo ossa cineresve virorum, quos sanctitas sua ita commendaverat,

repe-

---

(c) L. 14. C. d. Religios.

reperiret, ejusmodi inventæ reliquiæ non exiguae superstitioni ansam præberent, quam ostentationem reliquiarum, ut hi Principes credebant quietem mortuorum turbare, quæ tamen hisce Martyribus post obitum secure præstari debebat; ita nec volebant, ut superstitioni vulgi nimium indulgeretur. Non prorsus hujus legis interpres cum asserto suo rejiciemus, quod nimirum superstitioni infensi extiterint hi Imperatores: hoc saltim insuper addemus, Constantini M. temporibus hanc translationem solennem fuisse, quam successores ejus videntur abhoruisse. Ita enim CHEMNITIUS: (d) Sub Constantino M. cœptæ fuerunt translationes reliquiarum ex sepulcris obscurioribus ad monumenta celebriora, quod Constantinus M. ex zelo pietatis non malo fecit. Non ergo credibile judicamus, ipsos successores tam brevi tempore religionem omnem adeo exuisse, ut reliquiis sanctorum curam deregaverint. Sed nos hæc non movebunt, sufficit scire, ipsos interdixisse reliquiarum translationem.

## X.

Prohibet eadem lex secundo, *ne quis Martyrem Secunda pars mercetur*, probabile enim est tunc temporis sibi <sup>legis vendi</sup> *emique pro-*  
*quosdam lucrum inde quæsivisse, quod effossa atque <sup>habet sancto-</sup>*  
*eruta e sepulcris ossa sanctorum vendiderint, forsi <sup>rum reliquias</sup>*  
*tan persuasi, eorum negotia auspiciatissimo geri omni-*  
*ne, qui tam sanctas reliquias laris instar veneraren-*  
*tur. Hæc autem indigna Christiana religione nego-*

(d) CHEMNIT. Exam. Concil. Trident. P. IV. pag. 16.

tia videbantur, nam cineres ossaque Martyrum venum exponere cuius denique flagitiis fuisse, cum pri scis temporibus ne sepulcrorum quidem ædificia & columnas vendere permisum esset. Non destituerunt fundamento, qui huic sententia adstipulatur, quamvis non statim ideo ipsi soli subscribendum, quod res sacra non sit in commercio hominum. Quam veritatem juris et si nemo in dubium vocabit, interim hanc fuisse unicam mentem autorum Legis VII. non omni vacat scrupulo. Non minus autem alis interpretibus assensum præbemus, qui hic præprimis impostorum fraudibus frænum fuisse injectum, non sine pondere statuunt. Quid enim facilius fingi sibi poterat, quam concursus miseræ plebis ad venditorem ejusmodi sanctarum reliquiarum, cum quibus summa in suam familiam accersi credebatur salus, si vel minutissima officuli pars magni interdum emeretur. Cupidus ergo ad emendum animus promptaque in solvendo manus impostores istos ad mille fallacias potuisset incitare, si falsas reliquias, & forte ossa canina, sanctas Martyris esse reliquias mentiebantur illaque mira sanctitate gaudere fingebant. Proinde hæc omnia tunc temporis interincunabula religionis Christianæ fuisse interdicta legimus, quæ tamen post hæc paulatim diversis fraudatoribus largam liberrime imponendi occasionem præbuerunt.

## XI.

*Tertia pars  
legis monstrat  
quæ Marti-  
rum reliquiis* componemus. Hæc jam in medium prolatæ sententia suas patiuntur objectiones. Illas autem omnes non

gis

gis VII. partem, quæ ad materiam nostram spe-*religio debet*  
 etat, neque intacta relinquenda est. Prohibita *tur*  
 enim brevi ante distractione, translatione & venditio-  
 ne reliquiarum Martyrum, nunc subjicit idem legis-  
 lator, licere quolibet in loco, si quis sanctorum ibi sit  
 conditus, eundem ibi venerari, & Martyrium, quod  
 ejus in honorem fuerat exstructum, hinc inde orna-  
 mentis amplificare. Agnoscamus ex hac dispositio-  
 ne, qua veneratio Martyrum imperatur, quam non  
 prorsus omnis religionis fervor ex animis horum  
 Principum exulaverit, & quamvis hac veneratione  
 non cultum & adorationem Deo debitam imperave-  
 rint, attamen piam aliquam iis exhibendam esse reli-  
 gionem voluerint. Fuere hæc legis, vel maxime de  
 sancta religione, qua hi Christiani Imperatores sepul-  
 cra colebant, testantis, capita. Ast ex ipsius conten-  
 tis non apparet, quæ pœna ejusmodi corporum trans-  
 latoribus vendoribusque reliquiarum sanctorum  
 constituta sit. Tacet hæc lex prorsus. Sed prostat  
 alia (a) Constantii jam supra allegata, ex qua decem  
 pondo auri in fiscum inferre tenebatur, qui in gene-  
 re violaverat ædes Manium, & in verbis brevi sub-  
 sequentibus hæc lex ita : *Huic autem pœne subjace-  
 bunt, & qui corpora sepulta aut reliquias contrecta-  
 verint.* Cur non hæc ad violationem Reliquiarum  
 sanctorum utiliter applicare licet? Et quid si arbi-  
 traria, delato ad Pontifices crimine, pœna decreta  
 a judice fieri? Sane hoc nemo, nisi validioribus instru-  
 ctus sit argumentis, in dubium vocabit.

---

(a) L. 4 C. Theod. d. sep. viol.

Inania sepul-  
cra vel cen-  
otaphia ever-  
tere licitum

Insigni profecto religione omnes defunctorum tumulos cinxisse Christianos Imperatores L. B. ex allegatis eorum legibus agnoscet; idem tamen cum priscis temporibus sentiebant, cenotaphiis ne minimam quidem religionem concedendo, quod exinde pricipue apparet, dum etiam cenotaphia, martyribus extracta, religiose colere interdicebant, imo libere concedebant, ut inanes hi tumuli, etiam in honorem martyrum extracti, everterentur. Passim enim in agris viisque ejusmodi altaria sub exordio primæ Ecclesiæ cernebantur, quibus tamen nullæ reliquæ sepulta jacebant, sed quæ superstitione cultui saltim inserviebant. Hos evertere, in Concilio Carthaginensi libere permisum fuisse, legimus. Credo hoc idem Arcadii legem velle: (a) *Si quæ in agris templo sunt, sine turba ac tumultu diruantur. His enim dejectis omnis superstitionis materia consumetur.* Quæ res, uti vel maxime plebem offendere poterant, quæ fervore stupido hæc exosculabatur altaria: ita præcavebatur sedulo, ne destructione ejusmodi monumenti, tumultus excitarentur, admonendo scilicet & demonstrando, inanibus tumulis honorem fieri, summæque superstitionis esse loca frequentare, ne minima quidem sanctitate gaudentia. Testimonia autorum de hac re non rara. Nobis inde colligere sufficiet, quod, cum cenotaphia tantorum, de Ecclesia meritorum virorum, quales fuere martyres, evertere, religioni sibi non duxerint primæ Christiani

(a) L. 16. C. Theod. d. Pag. sacrif. & templ.

stiani, privatorum inanes tumuli non plus sibi honoris vindicare potuerint.

## XIII.

Præterea etiam nihil solennitatum gentilium in Legibus Christianorum Imperatorum præceptum fuisse reperimus. Solennitatum autem, dum mentionem injicimus, superstitiones ritus, in funeribus solennes, simul indigitamus. Hos enim, quia idolatriam sapiebant, e medio tollere studebant. Tendit eodem AVGVSTINI effatum: Nolite consecrari turbas imperitorum, qui in ipsa vera religione superstitiones sunt. Novi multos esse sepulcrorum adoratores. Novi multos, qui cum luxuriosissime super mortuos bibunt & epulas cadaveribus exhibentes super sepultos se ipsos sepeliunt. Normæ instar esse potest Lex Constantii: (b) *Cesset superstitionis sacrificiorum aboleatur insaniam.* Nam quisquis contra legem Divi Principis, parentis nostri, & hanc nostræ mansuetudinis iussionem ausus fuerit sacrificia celebrare, competens in eum vindicta & præsens sententia exeratur. Poena capitis autem ex Constantii legge (c) sacrificantes expectabat. Ergo dum in genere omnis superstitionis interdictum est & sacrificia illa in exequiis solennia abrogata esse, prona fluit consequentia.

De superstitionibus ritibus  
in exequiis abrogatis

## XIV.

(a) AVGVSTIN. de moribus Eccl. cath. c. 34.

(b) L. 2. C. Theod. d. Pagan. sacrif. & templ.

(c) L. VI. C. eod.

*Additio qua-  
rundam le-  
gum de se-  
pulcrorum  
violatoribus*

Restant adhuc leges quædam non tam ob utilitatem quam ob antiquam suam severitatem annotandas. Inter alias Gratiani Valentiniani & Theodosii M. dispositio singularis, (a) ubi Paschali indulgentia ii indigni judicantur, qui sepultra violaverant. Nullam, inquit, accipiat requiem vincolorum, qui quæscere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit. Hac ergo indulgentia, cum non fruerentur sacrilegi sepulcrorum violatores: non adeo mirum, eorundem Imperatorum autoritate legem latam fuisse, qua inter repudii causas illa connumeratur, si que mulier maritum suum sepulcrorum dissolutorem deprehendebat. (b) Sic religionis vinculo soluto, sacri matrimonii nexus quoque rumpiebatur. Hæc de Christianorum religione erga sepultra.

### SECTIO III.

DE

## RELIGIONE SEPVLRCRO- RVM EX DISCIPLINA MODERNA ET LEGIBVS PATRIIS.

I.

*Non sufficit  
antiquas le-  
ges nosse*

**N**ondum eum obtigisse videremur terminum, quem ab initio præfixum habuimus, si omnes Leges antiquis temporibus de sepulcrorum religio-

(a) L. 7. 8. C. Theod. d. Indulg. crim.

(b) L. 8. C. de Repud.

ligione latas perscrutantes, earum naturam ad historiam illius, quod tunc erat, ævi, applicare studiose conaremur. Jucunditati enim inserviremus, atque, posthabita utilitate, aliis parum consuleremus, qui antiquitates spernunt & quod modernum Jus imperat forumque & curia suadet, scire præoptant. Quicquid ergo adhuc residui laboris nostri erit, id omne circa modernum Jus de religione sepulcrorum explicandum occupabitur. Procedet hoc eo ordine & methodo, ut ex Jure nostro, quod Saxonum appellamus, aliquid pro viribus de ea religione commentemur, quæ nostris sepulcris qualitercunque adhuc tribui potest. Quam large enim diffunderemur, si omnes religiosos cultus, qui tumulis semper & mortuorum exuviis reliquiisque exhibiti fuerunt, & adhuc durant per plurimam Germaniam, recensendi animus esset. Sufficiet certe nostrum patrium Jus bene callere, quod in quantum a Jure Civili in hoc nostro themate abeat, nunc uberior ostendendi se offeret occasio.

### §. II.

Certum illud & pene inter plerosque Docto-  
rum constat, neque nos primi videri volumus, qui af-  
serunt, sepulcris nostris vel parum vel nihil religio-  
nis deberi. Hinc quamvis in scholis Jurispruden-  
tia, ubi de divisione rerum agitur, quæ vel sacra, sanc-  
cta, vel religiosa denominantur, sepulera pro religio-  
sa re venditentur, atque ibi avenue ad antiqua illa  
Jura Civilia provocetur, quorum dispositionem vio-  
lare, fortasse in majus crimen reputatur, quam olim  
K. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 5010. 5011. 5012. 5013. 5014. 5015. 5016. 5017. 5018. 5019. 5020. 5021. 5022. 5023. 5024. 5025. 5026. 5027. 5028. 5029. 5030. 5031. 5032. 5033. 5034. 5035. 5036. 5037. 5038. 5039. 5040. 5041. 5042. 5043. 5044. 5045. 5046. 5047. 5048. 5049. 5050. 5051. 5052. 5053. 5054. 5055. 5056. 5057. 5058. 5059. 5060. 5061. 5062. 5063. 5064. 5065. 5066. 5067. 5068. 5069. 5070. 5071. 5072. 5073. 5074. 5075. 5076. 5077. 5078. 5079. 5080. 5081. 5082. 5083. 5084. 5085. 5086. 5087. 5088. 5089. 5090. 5091. 5092. 5093. 5094. 5095. 5096. 5097. 5098. 5099. 50100. 50101. 50102. 50103. 50104. 50105. 50106. 50107. 50108. 50109. 50110. 50111. 50112. 50113. 50114. 50115. 50116. 50117. 50118. 50119. 50120. 50121. 50122. 50123. 50124. 50125. 50126. 50127. 50128. 50129. 50130. 50131. 50132. 50133. 50134. 50135. 50136. 50137. 50138. 50139. 50140. 50141. 50142. 50143. 50144. 50145. 50146. 50147. 50148. 50149. 50150. 50151. 50152. 50153. 50154. 50155. 50156. 50157. 50158. 50159. 50160. 50161. 50162. 50163. 50164. 50165. 50166. 50167. 50168. 50169. 50170. 50171. 50172. 50173. 50174. 50175. 50176. 50177. 50178. 50179. 50180. 50181. 50182. 50183. 50184. 50185. 50186. 50187. 50188. 50189. 50190. 50191. 50192. 50193. 50194. 50195. 50196. 50197. 50198. 50199. 50200. 50201. 50202. 50203. 50204. 50205. 50206. 50207. 50208. 50209. 50210. 50211. 50212. 50213. 50214. 50215. 50216. 50217. 50218. 50219. 50220. 50221. 50222. 50223. 50224. 50225. 50226. 50227. 50228. 50229. 50230. 50231. 50232. 50233. 50234. 50235. 50236. 50237. 50238. 50239. 50240. 50241. 50242. 50243. 50244. 50245. 50246. 50247. 50248. 50249. 50250. 50251. 50252. 50253. 50254. 50255. 50256. 50257. 50258. 50259. 50260. 50261. 50262. 50263. 50264. 50265. 50266. 50267. 50268. 50269. 50270. 50271. 50272. 50273. 50274. 50275. 50276. 50277. 50278. 50279. 50280. 50281. 50282. 50283. 50284. 50285. 50286. 50287. 50288. 50289. 50290. 50291. 50292. 50293. 50294. 50295. 50296. 50297. 50298. 50299. 50200. 50201. 50202. 50203. 50204. 50205. 50206. 50207. 50208. 50209. 50210. 50211. 50212. 50213. 50214. 50215. 50216. 50217. 50218. 50219. 50220. 50221. 50222. 50223. 50224. 50225. 50226. 50227. 50228. 50229. 50230. 50231. 50232. 50233. 50234. 50235. 50236. 50237. 50238. 50239. 50240. 50241. 50242. 50243. 50244. 50245. 50246. 50247. 50248. 50249. 50250. 50251. 50252. 50253. 50254. 50255. 50256. 50257. 50258. 50259. 50260. 50261. 50262. 50263. 50264. 50265. 50266. 50267. 50268. 50269. 50270. 50271. 50272. 50273. 50274. 50275. 50276. 50277. 50278. 50279. 50280. 50281. 50282. 50283. 50284. 50285. 50286. 50287. 50288. 50289. 50290. 50291. 50292. 50293. 50294. 50295. 50296. 50297. 50298. 50299. 50300. 50301. 50302. 50303. 50304. 50305. 50306. 50307. 50308. 50309. 50310. 50311. 50312. 50313. 50314. 50315. 50316. 50317. 50318. 50319. 50320. 50321. 50322. 50323. 50324. 50325. 50326. 50327. 50328. 50329. 50330. 50331. 50332. 50333. 50334. 50335. 50336. 50337. 50338. 50339. 50340. 50341. 50342. 50343. 50344. 50345. 50346. 50347. 50348. 50349. 50350. 50351. 50352. 50353. 50354. 50355. 50356. 50357. 50358. 50359. 50360. 50361. 50362. 50363. 50364. 50365. 50366. 50367. 50368. 50369. 50370. 50371. 50372. 50373. 50374. 50375. 50376. 50377. 50378. 50379. 50380. 50381. 50382. 50383. 50384. 50385. 50386. 50387. 50388. 50389. 50390. 50391. 50392. 50393. 50394. 50395. 50396. 50397. 50398. 50399. 50400. 50401. 50402. 50403. 50404. 50405. 50406. 50407. 50408. 50409. 50410. 50411. 50412. 50413. 50414. 50415. 50416. 50417. 50418. 50419. 50420. 50421. 50422. 50423. 50424. 50425. 50426. 50427. 50428. 50429. 50430. 50431. 50432. 50433. 50434. 50435. 50436. 50437. 50438. 50439. 50440. 50441. 50442. 50443. 50444. 50445. 50446. 50447. 50448. 50449. 50450. 50451. 50452. 50453. 50454. 50455. 50456. 50457. 50458. 50459. 50460. 50461. 50462. 50463. 50464. 50465. 50466. 50467. 50468. 50469. 50470. 50471. 50472. 50473. 50474. 50475. 50476. 50477. 50478. 50479. 50480. 50481. 50482. 50483. 50484. 50485. 50486. 50487. 50488. 50489. 50490. 50491. 50492. 50493. 50494. 50495. 50496. 50497. 50498. 50499. 50500. 50501. 50502. 50503. 50504. 50505. 50506. 50507. 50508. 50509. 50510. 50511. 50512. 50513. 50514. 50515. 50516. 50517. 50518. 50519. 50520. 50521. 50522. 50523. 50524. 50525. 50526. 50527. 50528. 50529. 50530. 50531. 50532. 50533. 50534. 50535. 50536. 50537. 50538. 50539. 50540. 50541. 50542. 50543. 50544. 50545. 50546. 50547. 50548. 50549. 50550. 50551. 50552. 50553. 50554. 50555. 50556. 50557. 50558. 50559. 50560. 50561. 50562. 50563. 50564. 50565. 50566. 50567. 50568. 50569. 50570. 50571. 50572. 50573. 50574. 50575. 50576. 50577. 50578. 50579. 50580. 50581. 50582. 50583. 50584. 50585. 50586. 50587. 50588. 50589. 50590. 50591. 50592. 50593. 50594. 50595. 50596. 50597. 50598. 50599. 50600. 50601. 50602. 50603. 50604. 50605. 50606. 50607. 50608. 50609. 50610. 50611. 50612. 50613. 50614. 50615. 50616. 50617. 50618. 50619. 50620. 50621. 50622. 50623. 50624. 50625. 50626. 50627. 50628. 50629. 50630. 50631. 50632. 50633. 50634. 50635. 50636. 50637. 50638. 50639. 50640. 50641. 50642. 50643. 50644. 50645. 50646. 50647. 50648. 50649. 50650. 50651. 50652. 50653. 50654. 50655. 50656. 50657. 50658. 50659. 50660. 50661. 50662. 50663. 50664. 50665. 50666. 50667. 50668. 50669. 50670. 50671. 50672. 50673. 50674. 50675. 50676. 50677. 50678. 50679. 50680. 50681. 50682. 50683. 50684. 50685. 50686. 50687. 50688. 50689. 50690. 50691. 50692. 50693. 50694. 50695. 50696. 50697. 50698. 50699. 50700. 50701. 50702. 50703. 50704. 50705. 50706. 50707. 50708. 50709. 50710. 50711. 50712. 50713. 50714. 50715. 50716. 50717. 50718. 50719. 50720. 50721. 50722. 50723. 50724. 50725. 50726. 50727. 50728. 50729. 50730. 50731. 50732. 50733. 50734. 50735. 50736. 50737. 50738. 50739. 50740. 50741. 50742. 50743. 50744. 50745. 50746. 50747. 50748. 50749. 50750. 50751. 50752. 50753. 50754. 50755. 50756. 50757. 50758. 50759. 50760. 50761. 50762. 50763. 50764. 50765. 50766. 50767. 50768. 50769. 50770. 50771. 50772. 50773. 50774. 50775. 50776. 50777. 50778. 50779. 50780. 50781. 50782. 50783. 50784. 50785. 50786. 50787. 50788. 50789. 50790. 50791. 50792. 50793. 50794. 50795. 50796. 50797. 50798. 50799. 50800. 50801. 50802. 50803. 50804. 50805. 50806. 50807. 50808. 50809. 50810. 50811. 50812. 50813. 50814. 50815. 50816. 50817. 50818. 50819. 50820. 50821. 50822. 50823. 50824. 50825. 50826. 50827. 50828. 50829. 50830. 50831. 50832. 50833. 50834. 50835. 50836. 50837. 50838. 50839. 50840. 50841. 50842. 50843. 50844. 50845. 50846. 50847. 50848. 50849. 50850. 50851. 50852. 50853. 50854. 50855. 50856. 50857. 50858. 50859. 50860. 50861. 50862. 50863. 50864. 50865. 50866. 50867. 50868. 50869. 50870. 50871. 50872. 50873. 50874. 50875. 50876. 50877. 50878. 50879. 50880. 50881. 50882. 50883. 50884. 50885. 50886. 50887. 50888. 50889. 50890. 50891. 50892. 50893. 50894. 50895. 50896. 50897. 50898. 50899. 50900. 50901. 50902. 50903. 50904. 50905. 50906. 50907. 50908. 50909. 50910. 50911. 50912. 50913. 50914. 50915. 50916. 50917. 50918. 50919. 50920. 50921. 50922. 50923. 50924. 50925. 50926. 50927. 50928. 50929. 50930. 50931. 50932. 50933. 50934. 50935. 50936. 50937. 50938. 50939. 50940. 50941. 50942. 50943. 50944. 50945. 50946. 50947. 50948. 50949. 50950. 50951. 50952. 50953. 50954. 50955. 50956. 50957. 50958. 50959. 50960. 50961. 50962. 50963. 50964. 50965. 50966. 50967. 50968. 50969. 50970. 50971. 50972. 50973. 50974. 50975. 50976. 50977. 50978. 50979. 50980. 50981. 50982. 50983. 50984. 50985. 50986. 50987. 50988. 50989. 50990. 50991. 50992. 50993. 50994. 50995. 50996. 50997. 50998. 50999. 50100. 50101. 50102. 50103. 50104. 50105. 50106. 50107. 50108. 50109. 50110. 50111. 50112. 50113. 50114. 50115. 50116. 50117. 50118. 50119. 50120. 50121. 50122. 50123. 50124. 50125. 50126. 50127. 50128. 50129. 50130. 50131. 50132. 50133. 50134. 50135. 50136. 50137. 50138. 50139. 50140. 50141. 50142. 50143. 50144. 50145. 50146. 50147. 50148. 50149. 50150. 50151. 50152. 50153. 50154. 50155. 50156. 50157. 50158. 50159. 50160. 50161. 50162. 50163. 50164. 50165. 50166. 50167. 50168. 50169. 50170. 50171. 50172. 50173. 50174. 50175. 50176. 50177. 50178. 50179. 50180. 50181. 50182. 50183. 50184. 50185. 50186. 50187. 50188. 50189. 50190. 50191. 50192. 50193. 50194. 50195. 50196. 50197. 50198. 50199. 50200. 50201. 50202. 50203. 50204. 50205. 50206. 50207. 50208. 50209. 50210. 50211. 50212. 50213. 50214. 50215. 50216. 50217. 50218. 50219. 50220. 50221. 50222. 50223. 50224. 50225. 50226. 50227. 50228. 50229. 50230. 50231. 50232. 50233. 50234. 50235. 50236. 50237. 50238. 50239. 50240. 50241. 50242. 50243. 50244. 50245. 50246. 50247. 50248. 50249. 50250. 50251. 50252. 50253. 50254. 50255. 50256. 50257. 50258. 50259. 50260. 50261. 50262. 50263. 50264. 50265. 50266. 50267. 50268. 50269. 50270. 50271. 50272. 50273. 50274. 50275. 50276. 50277. 50278. 50279. 50280. 50281. 50282. 50283. 50284. 50285. 50286. 50287. 50288. 50289. 50290. 50291. 50292. 50293. 50294. 50295. 50296. 50297. 50298. 50299. 50300. 50301. 50302. 50303. 50304. 50305. 50306. 50307. 50308. 50309. 50310. 50311. 50312. 50313. 50314. 50315. 50316. 50317. 50318. 50319. 50320. 50321. 50322. 50323. 50324. 50325. 50326. 50327. 50328. 50329. 50330. 50331. 50332. 50333. 50334. 50335. 50336. 50337. 50338. 50339. 50340. 50341. 50342. 50343. 50344. 50345. 50346. 50347. 50348. 50349. 50350. 50351. 50352. 503

sepulera spoliare : nemo tamen facile, qui nostros  
mores & inde ortum jus contemplabitur, sibi persua-  
deri permitteret, sepulera adhuc hodie esse annume-  
randa rebus, tam inviolabili religione gaudentibus,  
quam apud Romanos solebat. Omnia enim vel certe  
pleraque, quæ olim J. Civili naturam hujus religionis  
constituebant, nunc vel plane abrogata, vel in exi-  
guo vigore adhuc esse cernimus. Eodem equidem  
modo defunctos terræ mandare optamus & fortas-  
se quibusdam adhuc conservatis ceremoniis idem  
agimus, quod ii, quibus religio sepulcrorum adeo cu-  
ræ erat : ast cum omnes ritus nobis non denotent  
cultum aliquem mortuis præstandum, neque religiosam  
venerationem iis debitam, quorum ossa brevi post cine-  
re & pulvere opprimentur : nec genuine videtur esse ex-  
pressus honor iste & pietas, quam mortuis nobis pera-  
matis exhibere studemus, si religiosum eum appelle-  
mus. Absit etiam ut credamus actum sepultura  
apud nos ad cultum divinum (a) pertinere. Quis enim  
eum venerabitur, qui nostro auxilio indiget, nec  
quicquam nos juvare potest. Nos potius, quibus pa-  
patus tenebras respuisse contigit, ejusmodi religio-  
nem marmoribus & monumentis, temporum fragi-  
litati obnoxiiis, non tribuimus. Neque forsitan ani-  
mas colere cogemur. Illas enim post obitum se-  
pulera non incolere novimus; neque, ut Manium Deo-  
rum patrocinio demortua cadavera commendemus,  
edocti sumus, sat defunctis gloria contingere cre-  
dentes, si memoria ipsorum in aliorum scriptis  
vel

(a) STRYK. U.L. mod. ad Tit. ff. d. relig. c. I. §. 4.

vel recordatione vivit. Hæc aliave argumenta sententiam nostram quam maxime tueri possunt: verum cum religiosi vocabulum in sepulcrorum materia receptum esse videamus; illud proscribere depropperato ausu forsan niteremur. Ergo & in subsequentibus nostris casibus de religione sepulcrorum sermo nobis erit.

*Interim ea religiosa vocabularia*

### III.

Prius tamen, quam casibus enucleandis operam Objectio de  
damus, videbimus ante omnia, an ceremonia, quæ exequiis Cere-  
quiis nostris solennes quoque sunt, si earum monis renova-  
naturam intimius scrutemur, religionem aliquam in veteri  
mortuos & sepultra eorum derivent. Hymni enim  
& preces & conciones aliquam videri poterant sanctitatem involvere, attamen hæc omnia in admonitionem viventium potius sunt, mortua cadavera cu-  
rare ista nequeunt, & quamvis, si in se spectentur,  
sacrum omnino finem intendant, interim nil ad de-  
functos, multo minus ad tumulos, ipsorum cor-  
poribus injectos. Et quamvis coemeteria sacraria  
nobis appellantur, nec tamen hocce nomen naturæ loci  
aliquid sanctitatis tribuit. Aliud est quod ex Ponti-  
ficio jure derivari potest principium. Namque uti in  
genere isti accuratissimi sunt in exequiis, suis defun-  
ctis exhibendis, ita insuper parum abest, quin ipsis  
jam in terram defossis divinum cultum exhibeant,  
aut certe numen pro salute eorum pertinaci studio  
sollicitent, quo defunctorum animabus, in purgatorio  
commorantibus, ad cœli auras mox adspirare liceat;  
imo si antiquos ritus consulimus, ubi super ipsis fe-

K 2

pul-

puleris missæ habebantur, multo minus mirari licet, cur hi Pontificii sepulcra religioso cultu prosequantur. Neque nos ille mos tangit, quem Jure Canonico præceptum legimus: (a) *Sacra nimirum & aqua lustrali solenniter esse consecranda spatia, quibus mortui illati vel adhuc inferendi erant.* Quæ omnia, cum illos solum tangent, religiosa ipsis esse sepulcra non dubitamus; nobis e contrario hæc non curantibus, vocentur equidem religiosa, quamvis prisco suo destituta sint cultu.

## IV.

*Divisio se-  
pulrorum in  
honesta &  
ignominiosa*

Itaque privilegia ista quibus in jure nostro fruuntur sepulcra & defunctorum cadavera, *religio-  
neum* vocabimus. Religiosus enim eorum habetur sepulcrum sine dubio, qui honeste humantur, quam eorum, qui vel omnino a sepulcris arcentur, vel iis, minus honestis vel ignominiosis prorsus, inferuntur. Interim cuncta hæc sepulcra sanctionibus ab omni vi externa aggredientium eximuntur. Cum vero jam hujus divisionis mentionem fecerimus, eodem etiam ordine primo religionem, quæ honestis, deinde quæ minus honestis & ignominiosis sepulcris debeatur, videbimus. Honestum autem iis debetur, qui vitam suam laudabiliter & pie transegerunt, ita ut superatis tot laboribus hujusque ævi periculis, ea nunc, quæ mortem sequitur, honesta requies ipsis deneganda non sit. Cum autem ex loco ejusque natura præcipue ad religionem sepulcri fiat

*Quibus & quo  
in loco debet  
tur honestum  
sepulcrum*

(a) c. 7. X. d. Eccles. consecr. vel altar.

fiat illatio, sciendum illum locum vulgo coemeterium appellari, qui honestis funeribus humandis apud nos assignatur. Qui cum sit locus publicus, publica autoritate ille constituitur & publica vindicta eum prosequitur, qui ejus religiosa privilegia laedit. Jure itaque cuiusvis defuncti superstites haeredes poscere possunt, ut cadaver eo, quia locus publicus & huic præcipue usui destinatus est, reponatur, quo denegato communio omnibus debito commodo, officium judicis, immediate invocatum, petenti succurrere tenebitur.

## V.

Primum ergo apud nos religio in honestis sepulcris exigit, & ut loco publico & uti plerumque fieri solet, sepulcris solum destinato mortuum humerimus. (a) Receditur in eo a Romanis legibus vel maxime, quæ cuiusvis arbitrio relinquebant, sive defunctos in agro suo, sive ad viam publicam sepelirent, quod tamen hodie secus est, atque religio quasi fieri vetat, alio loco quem defodi, quam in cemeteriis publicis. Reipublicæ enim jam interest & ordinis in ea observandi, ut vivi vivis, mortuis mortui jungantur, quod, ut eo magis curaretur, Potentissimi Regis Pol. & Electoris Saxoniæ mandato (b) vetitum legimus, ne privato sepulcro aliquis humaretur. Hic tamen sedulo distingvendum, an hæc sepulera privata extra

K 3

cemete-

*Hodie quoli-  
bet loco sepe-  
lire non licet*

(a) FINCKELTHVS. d. Jur. sepult. c. 4. §. XIIX. BRVN-NEM. Jur. Ecclef. L. II. 2. §. 12. CARPZOV. Jurispr. Confist. L. II. 7. 24. d. 381.

(b) Mandat. von *Privat-Begräbnissen* d. dato Dresden d. 21. Sept. 1705. quod vid. licet apud BEYER. ad CARPZ. Jurispr. Ecclef. I. 2. d. 373. n. II.

cœmterium loco insolito & humandis cadaveribus nunquam dicato, an loco quodam, qui extra cœmterium quidem publicum, attamen ita præparatus est, ut diversis familiis ibi sepelire liberum sit. Priorem casum hic tractamus, afferentes, nemini extra cœmterium mortuos sepelire concessum esse, posteriorem enim quis negare ausit, cum quotidie videamus novos fornices ædiculis sive *capellis*, uti vocare solemus, adjici, neque has privatas sepulturas ante allegatum mandatum regium prohibet, quippe quæ publica magistratus autoritate potius confirmata esse satis novimus. Bene tamen notandum, nequidem ejusmodi fornices privato ausu in alio loco licere constituere, quam qui humandis cadaveribus datus est. (c) Consentimus in hac doctrina cum Jure Canonico, quamvis ex ejus præceptis nobis nulla injungatur obligatio: Ait illud: (d) eos, qui ad nova & minus religiosa se transferunt sepultra, irrationaliter & contra antiquam institutionem agere videli.

## VI.

*Nec privatum  
monumentum  
erigere licet*

Hocce itaque præsupposito, quod nemini extra cœmterium facile permittatur quoddam suorum funus humare, concludimus porro, ne quidem in alio loco, quam in cœmterio cuiquam licere statuam vel monumentum privatum in honorem defuncti erigere. Olim istud liberum cuilibet fuisse constat, ut, cui sepulcrum concessum esset, Jus erigendi statuas simul competet.

(c) STRYK, us. mod. ad Tit. ff. d. Relig. c. i. §. 9. sqq.

(d) c. 3. X. d. sepult.

peteret (a) quo cunque istud loco fieret, sive in via publica, sive in agro, sed & istud nunc non indistincte cui libet permisum scimus & ex ante allegato mandato colligimus. Dupli hoc potest iterum fieri modo. Vel enim privata quis religione tactus, in honorem alicuius ex familia sua statuam erigit; & tum prohiberi videtur ideo, quia eam, quam publico debet cœmetorio religionem, quasi subtrahit, atque cum ejusmodi quid fiat, non dubium, quin magistratui licet ejusmodi statuarum erectionem interdicere, &, solo interdicto posthabito, columnas & marmora prorsus dejicere & evertere, utiliter applicato mandato de privatis sepulcris. Vel si tale quis audeat, ei ponendo statuam, qui in templo sepultus est; & hoc non licere extra dubium omne positum esse scimus. Namque via interciperentur eentes, si marmora passim & columnæ omnibus ibi sepultis erectæ essent, ut taceam, ejusmodi lapidearum statuarum ruinam posse ab iis metui, quorum subsellia juxta adposita sunt, quamvis hæc argumenta probabilia magis quam demonstrativa sint. Brevibus, cum in templis spatiū superest, illud subselliis potius, quam monumentis asservandum consuetudo voluit. Exceptionem patitur hæc regula, si in memoriam summorum de Republ. viorum & Principum præcipue, arma vexillaque suspenduntur in templis, & interdum trophea quoque cenotaphii instar constituuntur, quod tamen, cum non nisi illustribus personis & honoratioribus in publicis ejusmodi

adi-

(a) L. 7. C. d. relig.

adficiis ex merito contingat: (b) nemo privatorum ægre fereat, si tale quid, ceu magnis viris præcipuum, religio ipsis justissime denegat. Quamvis ne in illustrium quidem personarum sepulcris adeo magnus splendor nunnunquam adhibeatur.

## §. VII.

*An fundus  
privato pro-  
prius adhi-  
ri posse, si  
extruendum  
sit publicum  
cæmeterium*

*affirmatur :*  
e) quia publi-  
ca salus in hoc  
negocio verfa-  
tur

Cum jam de cæmeteris publicis nobis sermo fuerit, illius tractatio, uti ordo rei exigit, prius absolvenda, quam ad religionem eorum transitum faciamus. Hinc illa adhuc quæstio decidenda venit, si cæmeterium sit mortuis destinandum, neque locus adsit, ubi cadavera terra mandanda sunt, an privatus fundum suum teneatur publico huic commodo & usui tradere; nec sine causa statuitur, quod ejusmodi ager vel fundus etiam renitentibus ejus dominis posit a magistratu occupari. Militat pro hocce asserto publica salus, quæ vult ut privatum emolumentum ipsi postponatur, si enim v. g. in civitate pestilentiali morbo abripiantur homines, neque locus adsit, cui injici possint defuncti, consultum est, imo vel maxime suadendum, ut privati ager fundusve huic legitimo destinetur usui. Ne ergo insepulta relinquendo cadavera multa orientur mala omnibus civibus noxia, quis adeo injuriis in patriam vel concives suos esse ausit, ut fundum suum hujus periculi evitandi ergo magistratui hoc poscenti neget. (a) Imo tale quid rectissime faceret magistratus non solum in contagioso morbo, homines afflidente, sed si contagio etiam in bestias saltim daret labem, ut, si nul-

(b) CARPZOV. Jurispr. Consist. L. 2. Tit. 24. definit. 392.

(a) FINCKELTH. d. t. sepult. C. 4. §. 22.

nullus alias locus inveniretur commodus, unius alteriusve e civitate fundus, injiciendarum bestiarum usui adhiberetur, ne ex foetore putrescentium cadaverum majus malum nasceretur. Imperat hoc, uti jam 2.) *Quia domino fundi ju-*  
*monitum fuit, publicum emolumentum aliorumque* *stum solvitur*  
*evitanda pernicies. Interim nec istud omittendum, in* *pretium.*  
 ejusmodi casu domino fundi justum solvendum esse  
 pretium. (b) Exigit hoc aquitas, quæ non vult ut  
 alterius damno locupletior quis fiat. Publica itaque  
 salus si sine alterius nimia laesione curetur, nil impe-  
 dit, quo minus questionem propositam affirmando  
 decidamus.

## VIII.

De loco itaque nobis satis constat, qui hodie honestis mortuorum sepulcris assignatur. Nunc de Religio eame-  
 ejus religione etiam aliquid dicendum esse thema nos teris compe-  
 admonet, quæ uti mirum in modum ab illa antiqua tens  
 abit, ita tamen adhuc aliqua ejus umbra residua est. Illatio enim mortui sine dubio locum reddit religiosum. Neque sepulcra quis incolit. Horror enim viventes plerumque ita cepit, ut consortia mortuorum fugiant. Hæc duo olim in religione sepulrorum conservanda necessaria, hodie non esse abrogata nulli dubitamus. Sed si reliqua illa re-  
 quisita ex Romano Jure consulamus, multum certe illi religioni esse detractum, nostræ leges monstrant. Vetabat v. g. olim religio vendere sepulcra. Sedulo etiam hanc sanctitatem conservabant, ne multæ gravitatem experirentur violatores; sed hodie quid fre- L quen- vendere bodie  
 licet sepulcra

(b) Arg. L. 13 §. 1. ff. comm. præd.

quentius quam sepulcra Jure dominii possideri & possidentis arbitrio alienari posse ad usum inferendi mortuos. (a) Hic equidem vix sibi imperant Pontificii, quin ejusmodi contractus fulminibus suis dispellant, quia divini Juris esse credunt ea loca, in quibus sepulchorum cadavera quiescant. Interim hoc nos non curamus, sed quotidie, ita nostris statutis namque permittentibus, & enim & vendimus sepulcra fornicesque. In quam etiam sententiam inclinat STRYKIVS (b) hisce verbis: Res religiosæ, Jure communi pariter sunt inalienabiles. Verum hodie non, sed nostri mores admittunt. Imo cur non tolerari queant contractus hujusmodi, si modo ante omnia consensus ejus, qui Ecclesiæ, adeoque & adjacentis cœmeterii vel fornicis patronus est, non negligatur. Is ergo a venditore est compellandus ejusque consensus requirendus, quod cautele loco observandum esse monet FRANZKIVS (c) & CARPZOVIVS: (d) ita tamen, ut si jam semel in extructiōnem sepulcri consenserit, non denuo in alienatiōnem simul consensus sit accersendus, nisi vendor istud majoris securitatis gratia facere velit. Nequaquam autem liberum est emtori, ut emtum jam sepulcrum in profanos usus adhibeat, hoc enim præcipue si in publico cœmeterio sepulcrum est, vel maxime omnem religionem violaret.

## §. IX.

(a) a. l. 14. C. d. legat. MORNAC. in L. 4. C. d. relig.

(b) STRYK. d. Cautel. Sect. I. c. 3. §. 12.

(c) FRANZKIVS ad ff. d. Contr. Emt. vend.

(d) CARPZOV. Jurispr. Confist. P. III. d. 289.

## §. IX.

His autem præsuppositis, nobis nulla vide-*Non infre-*  
*tur esse Simonia, si quis sepulcrum, quod prius queas in con-*  
*emerat, iterum vendit.* (a) *Neque e longin-*  
*quo accersamus exempla, ubi & sepulcra &, quod for-*  
*tasse penes nos infrequentius accidit, capella, con-*  
*cursu creditorum orto, venduntur, quo creditorum*  
*debitis delendis adhibeantur, quod vel novissimis ca-*  
*fibus declarari poterat; ubi in Concurso F. W. ca-*  
*pellæ una cum sepulcro hastæ publicæ subjicieban-*  
*tur. Imo quamvis objectiones eorum non deficiant,*  
*qui pro defendenda religione horum ædificiorum*  
*militant, & nova subinde contra omne Jus antiquum*  
*receptumque decreta formari clamitant, interim sen-*  
*tentiæ hoc judicantium citra omne dubium ex-*  
*penderunt, hæc nulla religione nec sanctitate gau-*  
*dere, ergo venditionis quoque legibus obnoxia esse.*  
*Statutis Lipsiensibus quoque eundem casum de se-*  
*sepulcrorum venditione esse confirmatum legimus:* (b) *enfia idem*  
*Niemand soll seine Schwibbögen oder Grabstelle auf*  
*dem Gottesaker einem andern verkauffen, er habe denn*  
*denselben E. Edl. Rath zu kauffen angebothen. Certe*  
*eiusmodi statutum in publicum non emanasset, nisi in-*  
*distincte sepulcra vendere liceret.*

## X.

Omni autem studio atque industria sepulceris *Religio sepul-*  
*publicis prospicitur, ne externa quadam vi profanen-*  
*tur. Unde constitutum, ut justa certaque profundi-*  
*L 2 tate*

(a) VIVIANVS d. Jur. Patron. L. 3. c. 2. n. 48.

(b) Leipziger Statuta oder Willkür §. 34. von Schwibbögen.

tate gaudeant sepultra, nimirum pro adultis tribus ul-  
 nis, pro parvulis duabus, quæ dispositio ex ordinatio-  
 ne Ecclesiastica Saxonica (a) desumta, hujus est teno-  
 pulcris desi-  
 gnata  
 Ex certa pro-  
 funditatee si-  
 pulcris desi-  
 gnata  
 tate aufs wenigste eines Mannes tief, desgleichen auch  
 die Kinder gegraben, &c. quæ verba, cum antecedentibus  
 hujus paragraphi, si comparantur, satis demon-  
 strant, quam hæc regula ideo fuerit publici Juris fa-  
 cta, tum ne putrefactorum cadaverum foetor aerem  
 inficeret, si levix terræ particula saltim injiceretur, tum  
 quia alias profana sepulcrorum violatio, non tam ab  
 hominibus metuenda esset, quam a bestiis, quæ eru-  
 endo terram, facile talia cadavera protrahere possent  
 & indecoro modo dilaniare, devorare ipsaque ossa  
 debita requie privare, quod tamen sobria Christianorum  
 doctrina prohibet. Cancillis etiam munitum  
 hunc in finem frequentissime videmus aditum coeme-  
 teriorum, quod sine dubio ideo fieri persuasum no-  
 bis est, ne bestiis liber pateat introitus atque adeo a  
 profana tumulorum conculcatione, ab ipsis metuen-  
 da, sepultra defendantur religioque ipsis sarta ma-  
 neat. (b)

## XI.

*Religio sepul-  
 crorum non  
 augetur, si  
 spectra iis  
 obambulare  
 credantur*

Hæc jam recensita certe vel maxime eo spe-  
 ctant, ut religioni tumulorum inserviant. Ex legis-  
 latoris enim intentione apparet quam studiose illi  
 prospectum esse velit; sed alia orietur quæstio an ea  
 dogma-

(a) Artic. gen. 15. §. Nachdem sich auch &c.

(b) Illustr. BERGER, Oecon. Jur. L. II. Tit. I. §. 3. Not. 13.

dogmata quoque religionem hanc augere possint, quæ plebis opinionibus tantum fundantur neque lege neque prudentum consensu firmata sunt. Ita v. g. si spectra & mortuorum spiritus tumulis obambulare creduntur. Unde non raro supersticio quosdam ex plebe ita cepit, ut nisi de quibusdam solliciti sint ceremoniis, nequidem defuncti ædes ab ejusmodi apparitionibus esse liberas existiment. Augent hi vani terrors sine dubio religionem sepulcris exhibendam in animis corum, qui anilium naniarum & fabularum nimium creduli sunt. Et mirandum omnino, esse quosdam non infimæ sortis & scientiæ viros, qui spectrorum in cœmeteriis circumvagationem afferunt, inter quos FINKELTHVSIVS: qui Dæmones & umbras in cœmeteriis errare quodammodo assertit. (a) Non apparet ex ejus asserto sat firmum argumentum, quo persuasus illud crediderit. Sane haec fabella jamolim derisa sunt, & Pontificiis saltim plebi frœnum injiciendi largam præbuere occasionem & forsitan adhuc subministrant. Istud consultum fortasse esset, omnium animos ab ejusmodi superstitione revocare. Itidem quoque superstitionum, dicere ea sepultra, quæ in templis sunt, ideo prærogativa quadam præ aliis gaudere, quod immundi spiritus ea tangere non possint. Poterant haec argumenta utique penes illos valere qui iustrando busta sua hiscereemoniis omnium dæmonum violentiam abigi a sepultis credunt, sed nobis haec neque horrorem, multo minus religionem incutient. Externa etiam saepius tumulis imposita vide-

L 3

mus

---

(a) FINKELTH. d. Jur. sepult. c. 4 §. 24.

*nec signum  
crucis*

mus signa, nec ista nobis religionem excitant. Venerationis equidem memores nos esse decet, si crucis statuam contemplamur, verum hisce signis nullum praestamus cultum, siquidem & ejusmodi cruces passim in via reperta, non tam religionem exigunt, quam tum de mortalitate viatores admonent, tum memoriam facti vel homicidii vel inopinati obitus conservant, & quamvis non sint inania cenotaphia, interim neminem ad religionem adhortantur, nisi quos principia ad improbatum imaginum instigant cultum.

## XII.

*Thesauro re-  
perito in se-  
pulcro non  
violatur re-  
ligio*

Neque anxi hæremus, an violetur religio sepulcrorum, si in iis thesaurus reperitur, cum enim accideret, ut effossa terra olla auro plena exraherentur, neque inventor sibi religioni duceret, neque adeo exhorresceret, eam invenisse. Alia tamen & forsitan magis dubia est quæstio, quis inventum thesaurum retinere jure possit; Jure Canonico dimidia pars thesauri, in religioso loco reperti, ecclesiaz cedit. Nos certe quos parum referret loco religioso an profano invenisse thesaurum, communem, in loco religioso publico fisco, privato proprietario faventem, (a) sequeremur sententiam, quamvis rarius fortasse accidat, quia quotidie non reperiuntur thesauri. Item si in publico cœmeterio metallifodina ex quibusdam signis speranda esset, quis diceret principem religionem lædere, si, sepulcris sine religionis violatione abolitis,

hunc

(a) a. I. 3. §. 10. ff. d. jur. fisc. §. 39. I. d. R. D. j. II. f. 56.  
CONRAD ab EINSIEDEL de Regalib. c. 3. in. 398. seq.

hunc thesaurum, tanquam regale, sibi vindicaret. (b)

## XIII.

Alia tamen sunt genera, quibus sepulcri violatio contingit atque ubi sanctitas ejus quodammodo laedi potest. Vel maxime autem hoc accidit, si honestis sepulcris eorum cadavera inferuntur, qui ob delicta sua terram, cui inferuntur, commaculare creduntur. Deserimur hac occasione ad religionem sepulcrorum inhonestorum, quibus lege ita decernente, quam pluriimi facinorosi inferri solent. Jam olim frequentissime hoc in eos statuebatur, qui in publica detestatione erant; lapidibus illi obruebantur, indigni, qui honestorum virorum sepulcris interessent: de quo AVSONIVS eleganter canit: (a)

*Species quibus  
violari Religio  
sepulcrorum  
creditur*

*Crimen ob istud*

*Timon Cecropis olim lapidatus Athenis.*

& PROPERTIVS: (b)

*hoc bustum cedito saxis*

*Mistaque cum saxis adjice verba mala.*

Varia etiam apud nos scelera adeo odium omnium honestorum in se concitarunt, ut vel communio-  
nen in sepulcris cum ejusmodi hominibus religio  
ipsis dissuaserit. Ignominiosa autem sepulera eos  
principue manent, qui duello perierunt. (c) Jam non  
exiguus horror ab hoc crimine ex Juris Canonici textu

*Duello pere-  
antes a reli-  
giofis sepulcris  
prohibentur*

appa-

(b) conf. P. 2. C. El. 53. ibique CARPZ. d. i.

(a) AVSON. Eidyll. XV. 31.

(b) PROPERT. L. IV. 5. v. 75.

(c) vid. c. 1. X. d. tornement. ibique GONZAL. FELLER.

apparet, quod & pugnantes in Duello & illud permittentes, gravissimi excommunicationis & inhonesti sepulcri poenis affici jubet: verba hæc sunt: *Duellorum & gladiatorum hujusmodi usum damnamus & improbamus & sub excommunicationis pena prohibemus. Corporaque in duello, in terris Ecclesie sive mediate sive immediate subjectis, facto, mortentium, in sacro sepelire prohibentes.* Ex quo cum confessum elucescat, quod religio ab honestis sepuleris ideo arceat duello decernentes, quia excommunicatio ipsos omnes ecclesiæ privilegiorum reddiderat incapaces, certe apparet, jam ante plurima fæcula duellantes in sceleratissimum classe constitutos fuisse, neque adeo mirum videri Potentissimum nostrum Legislatorem in mandato, de *privata vindicta* edito, ipsorum cadaveribus & sepulcris solennem negasse religionem, qui acceptis vulneribus in Duello obirent, ubi tamen distinctio quadam admittitur inter personas, militari officio gaudentes, & alios privatos; quorum illi extra coemeterium saltim, hi insuper ignominioso suspendii suppicio per manus carnificis affici debent: tenor paragr. hic est: (d) *In Fall einer oder beyde Duellantten auf den Platze blieben, oder an denen bey der Aktion empfangenen Wunden versterben: So sollen die Cörper derer in i. §. bemerkten Personen außerhalb des Kirch-Hoffs, oder an den Ort wo die Missethäter bingelegt werden, durch den Toden-Gräber in der Stille begraben, derer andern aber, so darunter nicht begriffen, durch den Nach-Richter weggeschaffet, und an den Galgen gehencket werden.*

Ex

---

(c) Duellmandat. d. anno 1712. §. 39.

Ex qua dispositione apprime videre est, quam sancte velint patriæ leges, ut religioni sepulcrorum prospectum sit. Quamvis igitur non negandum sit favorem, qui pro religiosis sepulcris militat, magnum esse: attamen & istud verum, non statim in eos, qui ferro trajecti in congressu cum adversario, ut duellantes animadverti. Sed magistratus cognitione opus est, uti ex causa patet, in qua Scabini Lipsienses (e) ita pronuntiarunt: *Dieweil Gabriel Reinwald daß er mit den flüchtigen Leonhard Eißmann duelliret, weder geständig gewesen, noch dessen übersüßret worden, so ist mit den Körper nach Anleitung des 39sten §. des de dato d. 2. Julii 1712. ergangenen Allergnädigsten Duell-Mandats nicht zu verfahren, derselbe aber in der Stille und ohne Ceremonien zu beerdigen. &c.*

## XIV.

Contaminatur ea religio porro illatione avto-  
chiris in sepulcrum publica jam sanctitate corrobo-  
ratum. Ergo illos etiam extra cœmeterium sepelire,  
plurimæ principum leges jubent. In genere equi-  
dem dicere: Cadavera eorum, qui sibi impias in-  
tulere manus, sepulcris in ecclesia indigna esse, &  
inter stercorea projicienda, (a) impium fore, sedulo  
enim hic distinguendum, an spontaneo motu delicti  
commisisti conscientia, & instantis pœnæ metu quis  
vita se privaverit, an melancholia & crassi nigri-

M

que

*Autobiri in-  
ter religiosa  
sepulcra nul-  
lus conceditur  
locus*

- 
- (e) Menf. Novembr. 1712. an die Stadt-Gerichte zu Leipzig.  
(a) RICCII Collect. Decif. P. VI. Collect. 2143. CARPZ.  
Jurispr. Consist. L. II. 7. 24. d. 376.

que sanguinis abundantia tale quid contra se ipsum experiri ausus sit. (b) Uterque hic casus bene ponderandus ei, qui malefico ejusmodi religiosum sepulcrum negandi Jus habet. Neque statim credendum esse existimo, eum avtochirem extare, quia forsitan culler ipsius jugulo haesit & alia apparent signa, quæ cuncta violentia indicia ab alio profectæ esse possunt; haec omnia secum diligenter examinare judex tenetur, quo factò deinde apparebit, autochirem, si proprio motu sibi vel jugulum fregit vel se trajecit, ab honesto sepulcro esse rejiciendum, ne religio inquinetur, sed cadaver a carnifice per fennifram dejiciendum inque alio tumulo esse leviter contegendum. Haec sepultra plerumque canina & asinina audiunt, (c) quia videntur & bestiæ abhorre hoc crimen, ut sibi ipsis vitam adimant, ubi & in pronuntiando his maleficiis communis religionis usus interdicitur, ut patet ex sententia Scab. Lips. (d) Auf die Frage fællt Zweifel vor: Ob der Gerichts-Herr, daß er den erhängten durch einen Scharfrichter abzuschneiden und zu verscharrten Verordnung gehan, justificiren könne: Ob nun wohl dieses nicht leicht als bey denen zu geschehen pfleget, welche unsreitig und vorsätzlich sich das Leben genommen d. a. u. d. außer dem daß dergleichen, obervvehnter maßen, von Kipfchen ebenfalls zu vermuthen,

---

(b) CARPZ. Jurispr. Consist. L. II. Tit. 24. d. 377.

(c) CARPZ. Consist. L. II. d. 376. n. 10. ii.

(d) Mensl Jun. 1710. an Dominicum Gervasium Severum nach Gallicien.

muthen, vvie ihr anzuführen wüsstet, sonst niemand der das abschneiden beverckstelligen wollen zu erlangen, solches auch den Unterthanen keinesweges anzusinnen gevvesen, vveil es theils eine Verrichtung, so ihnen nicht zukömmt, theils auch der Abschneu, den ein jedvveder vor den Todten, in die 9. Tage erhangt gevvesenen Cörper hat, dieselben fasssam entschuldiget, hingegen, daß dieser hinweggeschafft vworden die Nothdurft erforderl, und länger nicht aufgehoben werden dürfen. &c. So mag auch dem Gerichts-Herrn daß er bierzu einen Scharffricter erforderl, nicht verarget werden. Alter se res habet si melancholia alicui manus adversus se ipsum armat hunc in cœmeterio sepeliendum permittunt leges, quamvis nec in universum religiosis solennibusque consuetudinibus dignus habeatur. Ergo moderata ceremonia saltim permittuntur. (e) Indulgetur hic aliquid morbo, quo melancholicus oppressus fuerat, neque creditur tale factum, absque suscepto consilio perpetratum, ipsius sepulcro religionem denegare posse. Ex legibus enim criminalibus talem autochirem prorsus impunem evadere constat. (f)

## XV.

Adhuc alias videmus maleficos religiosis ex-  
cludi sepulcris, quos singulos peculiaribus paragra-  
Accedunt alia  
sceleratorum  
genera quos  
religiosa se.

M 2

phis

(e) CARPL. Jurispr. Consist. L. II. Tit. 24. d. 377.

(f) Ordin. Crim. artic. 135. j. l. i. C. d. his qui morb. sib. con-  
sciv. l. 12. C. d. accusat.

*pulca re-  
spuunt*

*Hæretici*

*Qui in Tor-  
neamentis  
pereunt*

*Excommu-  
nicati*

phis explicare prolixum nimis foret. Ergo residuas species in unum congerentes, brevibus L. B. rem exponemus. Referuntur huc hæretici, qui in torneamentis pereunt, excommunicati, parricidae, usurarii manifesti & similes. Hæ classes plerumque ex jure Canonico desumptæ, atque hæreticis quidem ideo negatur in cœmterio sepulcrum, quia ecclesia & religio eos respueret videtur, qui veram & genuinam fidem vivi non amplexi sunt. *Hi, inquiunt Pontifici, nec communione cum defunctis in Domino fruan-  
tur, qui in vita a dogmatibus ipsorum recesserunt.* Eo odio aliis religionib[us] addictorum vel cineres prosequuntur. Nobis contra, optima semper de quovis sperantibus, durum nimis videtur, eos, qui aliam quam Ecclesiæ nostræ religionem professi sunt, post mortem ignominiosis sepulcris injicere, reponimus eos sepe in separatiorem paulo locum in eodem cœmterio, post tergum tamen ecclesiæ. Hæretici autem nobis audiunt in sensu Politico, qui ex tribus in Romano Imperio religionibus nullam amplectuntur. Torneamento illico, qui perierunt, cum temeritate magis quam fortitudine sanguinem profuderint, quasi autochires videbantur, ergo etiam Jure Caponico ab honestis repulsi sepulcris. (b) Hæ exercitia, cum apud nos hodie in desuetudinem abierint, nec leges in promptu habemus simile quid disponentes. Excipiuntur excommunicati, quos Pontificium Jus adeo abhorret, ut omni in vita & post obitum esse

(a) Instr. Pac. Ofn. a. 5. §. 35. it. a. 7.

(b) c. unic. d. Torneam. Extrav. Joh. XXII.

esse indignos judicet requie, ut vel cineres eorum & ossa in ecclesiastico cœmterio per errorem forsitan sepulta effodi jubeat, & si discerni ab aliorum ossibus possint, exhumari & projici paulo durius imperet. (c) Nostri mores mansuetiores nos esse docent, & cum delinquentes non arceant a communione doctrinarum inter vivos, si illam desiderent, etiam communione eos inter mortuos non privant, quamvis inhonestior iis omnino etiam locus assignetur, si de delicto convicti sint & certum sit, eos in excommunicacione periisse, omnibus itidem solennitatibus iis denegatis, (d) quod similiter eos manet, qui verbi divini contemnentes atque scandalo aliis fuere. Sequuntur *Parricidea* parricidae, gravis omnino sceleris perpetratores, & digni, quibus in aliorum exemplum poena gravitas multiplicetur. Odio illos habuere omnes leges ob exosum ingratitudinis vitium, quod in ejusmodi flagitiosis appetet, imo Romanæ leges quibus tamen religio sepulcri cui etiam cadavera punitorum illata cordi erant, (e) docent, eos ex Divi Adriani decreto bestiarum rabiei objectos fuisse, qui parricidium commiserant, terra matre indignos esse judicantes, quorum flagitia religionem sepulcrorum contaminarent, (f) hodie illud nobis in usu est, ut culeo insutus undis suffocemus ut cœlum superstitibus, mor-

M 3

tuis

(c) c. 12. X. d. sepult.

(d) Art. Gen XI. §. In Fall aber. CARPZ. Confist. L. II.  
t. 24. d. 379.

(e) L. 1. §. fin. ff. d. cad. puniit.

(f) l. 9. ff. ad L. Pompej. d. parric.

Usurarii

tuis terra auferatur. (g) Insigne quoque odium promeriti sunt pravi Usurarii, qti & legibus civilibus & canonicis ignominiosa sepultura afficiendi esse dicuntur, cum & divino Juri (h) contrarium facinus patrare, proximi amorem prorsus exuere adeoque in aperto peccato & excommunicationem merente mortui esse creduntur. (i) Constitutio patria hic non negligenda (k) quæ gravissime in eosdem invehit religiosoque eos sepulcro prohibet. §. ita loquitur: *Hierüber auch als öffentliche LeuteSchinder und Landverderber &c. auch nach ihren Todte mit Christlichen und gebräuchlichen Ceremonien nicht bestattet ipso jure & genere facti anrüchtig und ehrloß geachtet seyn; hic ob infamiam, quam vivi contraxerant, honestorum religiosis sepulcris interesse vetantur.* Singularem etiam de cadavere usurarii constitutionem nos docet CHRISTINÆUS (l) qui dicit posse illud tam diu sequestrari & a sepulcro prohiberi quam hæres defuncti de usuris restituendis caverit. Nobis illud adhuc notandum de tale usurario hic sermonem esse, qui per *sententiam Judicis* talis declaratus est. d. M.

## XVI.

(g) §. 6. I. d. Publ. jud. Const. Elect. 3. P. IV.

(h) Exod. XXII. v. 25. Deut. XXIII. v. 19. j. v. 20.

(i) c. 7. X. d. Usur.

(k) Mand. Elect. Sax. Joh. Georg. anno 1625. *wegen des unchristl. und hochstrafbaren Wuchers.* §. *So wollen wir &c.*

(l) CHRISTINAEVUS Decisi. Belg. Vol. 2. Dec. 197.  
§. 3.

## XVI.

Nemo vero existimabit hasce tam severas leges, pro defendenda sepulcrorum religione latas esse atque ideo sortasse quosdam facinorosos a religioso repellendi se-pulcro, ac si illi, qui extra coemeterium sepeliantur, salutis aeterna non sint participes, de qua humana ingenia judicare velle, saperet arrogantiam. Persuassimum potius cuivis esto, dum ejusmodi malitiosorum hominum sepulcris parum religionis exhibetur, istud magis in exemplum aliorum fieri, ne tale quid audeant imposterum, quod ipsos eodem privilegio indignos reddat, cum plerique mortalium, etiam post obitum subsecuturam corporum ignominiam exhorrescant, ergo etiam aliorum exemplis edocti talia forsitan fugient vitia, quae infame sepulcrum comitem habent. (a) Interim videmus, certe non exiguum esse curam principum, tum pro religiosis, locis Leges sanciendo, tum suis ostendendo subditis, honesti & religiosi sepulcri concessionem, etiam inter praemia bene acta vita reputanda esse.

## XVII.

Hac quæ hactenus a nobis commemorata fure nos edocent, in omnibus hujuscemodi casibus, in quibus sepulcri religiosi prohibitio maleficis poena nomine dictatur, legislatores indigitasse eos, qui, *casus excepti, quibus non le-ditur sepul-crorum reli-gio* crimine ita notato, socialem hominum vitam graviter turbante, se polluerant, minime vero in eos hac pena animadvertere voluisse, quibus citra culpam suam

(a) BOEHMER. Jur. Eccles. I. 3. t. 28. §. 51. seq.

suam & fato aliquid contigit, quod primo intuitu crimen involvere videbatur. Hos enim religiosa sepulera non respunt, neque eorum illatione sanctitas tumulis debita polluitur: Ita nimur qui improvisa & infelici morte abripitur, non statim autochir reputatur, sed inopinatus casus, qui ipsum oppressit, pro eo intercedere videtur; v.g. si singas quemacurlo, enise, sclopeto se trajicere, nil minus quam de interitu suo accelerando cogitantem, hunc, si nil aliud impedit, honesto sepulcro inferendum religio ipsi debita poscit. (a) De infantibus, casu infelici obeuntibus, sermo non erit, quippe hi doli sunt incapaces. Forum hic causa agitur, quibus inopinatus casus vitam ademit, si quis fulmine taetius ad terram concidat, si quis in via tenebris circumdatus in aquam decidat, quis non videt stoliditatem ejus, haec prodigia & signa divina vindicta, quae hos malitiosos ubique persequatur, clamitantis, & perversos mores sceleratamque vitam ex improviso eorum obitu temere hariolantis? Sane divina Judicia non ita facilia sunt collectu, ut a quovis in continenti possint palpari. Ergo hos honeste sepeliendos esse, religionis vel maxime interest. Confer hoc textum Juris Canonici (b) in quo foemina quæ, stupratorem fugiens casuque in fontem decidens submersa fuerat aqua, ecclesiastica sepultura non privanda censetur. Quis porro eorum sepuleris religionem negaret, qui nondum baptizati

*Non baptizati*

(a) a. l. 12. ff. ad L. Corn. de Sicar. CARPZ. Consist. L.II. t. 24. d. 38t. n. rr.

(b) C. n. X. d. sepult.

zati sunt, quod tum infantibus recens natis, tum adul-  
tis quoque, quibus Judaismo vel alia religione reli-  
cta, Christiana arridet doctrina, facile & citra ipso-  
rum culpam accidere potest. De infantibus nemini  
ni dubium hæredit, siquidem hi suæ saluti curandæ  
impotentes sunt. *conf.* ordinatio Ecclesiastica. (c)  
Adultos autem ideo excusandos esse crèderem, quod  
casus fortuitus ipsis hoc lavacrum sponte & libenter  
optantibus inopinato subtrahit. Quis autem tam im-  
pius esset, ut ipsis ideo honestam sepulturam negare  
vellet, cum aliis culpa imputanda sit, quo minus sa-  
cro baptismate imbuti sint, hos itaque etiam admit-  
tit religio. Computaretur ejusmodi non baptizatus  
apud alios hæreticorum numero, verum nos stricte  
omnia, quæ præcipue sine alterius culpa & dolo ac-  
ciderunt, & ad amissim exigere non tentamus.

## XVIII.

Sed quid si partus monstrosus humandus? num *partus mon-*  
ille etiam locum in religioso cœmterio occupabit. *strosus*  
Duplici hic modo respondendum esse, fortasse alii cen-  
sebunt. Vel enim dicent, monstrum tale nascitur, quod  
ab humana forma **prorsus** alienum est, & tunc, si fa-  
cies humana, quam de similitudine cum Deo testari  
perlausum est, (a) non conspicitur & ferina fortasse  
aliaque bestialis appareat frons, locus inter homines  
juste ei non competit, vel de ejusmodi monstro lo-  
quentur, quod ob incongrua membra deformè sal-

N

tim

(c) Ord. Eccl. Art. gen. 15. §. Dieveil auch *Sc.*

(a) conf. l. 17. C. d. pœn.

tim est, humana interim similitudine in ipso conspicua, & tunc ob faciem humanam ipsi etiam locum in coemeterio assignandum esse concedent, quia facies humana aliquod de humanitate testimonium præbere videtur. Sed num is errabit, qui utroque in casu monstrum præter naturam natum religioso loco non solum sepeliendum affirmabit, sed & cadaveri isti & sepulcro religionem deberi statuet? Quæ enim culpa in partum vel embryonem devolvetur, si caput suillum vel caninum apparet, quod natura, ex matris imaginatione ita formans, ipsi insonti tribuit ejusque formam humanæ eximit? eadem certe & non major quam, quæ illi imputabatur, qui gibbosus, naso, lories, capito, nascitur, & cur illius sepulcro denegabitur, hujus autem tumulo & cadaveri præstari debet religio?

## XIX.

*Hoc illatus  
in sepulcrum  
non inquinat  
religionem*

Ultimus casus est, an illato hoste in sepulcrum inquinetur religio sepulcri, cui infertur. Si v.g. miles hostis per territorium nostrum transeat, fatoque ita jubente diem obeat supremum, an ipsis sepulcrum religione non dignum erit? Suadent hoc & regula Christianæ & politices prudentiar. Priorum nemo exiget demonstrationem, quippe quæ divinæ sunt originis; posteriores examinando, ante omnia apparabit, sepulcris religionem ex Jure gentium & naturæ concedi, cuius omnino etiam hostes sunt participes. Deinde eorum animi non magis contra nos excitandi, quorum calliditatem jam satis experimur. Quid autem magis poterat armare adversariorum animos quam

quam commilitonem suum contemtim haberi. Regulae prudentiae porro suadent ejusmodi innoxiae humanitatis officiis saepe esse aliorum duritiam vincendam. His autem omnibus insuper habitis, si gregarium militem intuear, qui, juramento praestito, intuitu stationis sua nobis infensus redditur, dum in patriam suam, aut Remp. a qua alitur, pius esse cupit, num magna artis opus, in levissimae fortis homine vindictam petere, qui præterea, cum mortuus est, etiam hostis esse desinit. Vel maxime hic existimo juris interpres nobis assensum præbituros, non posse non religiosum ejus haberi cadaver & sepulcrum ita ut ipsa mortuorum corpora male non sint tractanda, quia id contra jus est mortuorum sepeliendum. (a)

## XX.

Huic ergo religioni locorum sepulcris destinatorum, ne ullo modo illatione indigni cuiusdam cadaveris injuria fieret, satis prospectum esse Jura nostra affatim commonstrant; Ast nullam poenam specialem in eos esse statutam Legibus Saxoniciis constat, qui ini quis inferunt sepulcris monumentis statuisque mortuorum manus. In quo nostrarum legum indigenarum silentio, quo configiendum sit, dubia videtur quæstio. Illud certum est, ejusmodi violatores non esse impune dimittendos, interim dispositio deficit, poenam ipsis statuens delicto conformiem. Eam au

*Pœna in vivo  
latores sepul  
crorum Jure  
Saxonico nul  
la specialis*

N 2 tem

(a) GROT. de Jur. Bell. & Pac. I. 3. c. 5. §. 3. c. 12. §. 7. i. 14. ff.  
d. sepulcr. viol. l. 43 ff. d. religios.

tem in ipsos velle extendere pœnam, quæ spoliatoribus cadaverum imminet, & durities prohibet, cum non adeo grave delictum sit, monumento ornamenta detrahere, quam defunctum cadaver denudare, & regula, quæ vult, ut in odiosis restrictivam interpretationem sequamur, vetat, i. e. cum hæc Saxonica Constitutio, infra uberioris declaranda, saltim de cadaverum spoliatoribus loquatur, extendere eam ad sepulcrorum eversores non licet. Videmur in hocce dubio cum CARPZOVI loqui: (a) *Cum enim, inquit, pro ejusmodi facinore in jure Saxonico specialis pœna definita non reperiatur, dubium non est, quin pœna Jure Civili statuta irrogari debeat.* In casibus siquidem Jure Saxonico non expressis ad Jus Civile est corruendum, ex Imperatoris Constantii autem sanctione (b) decem pondo auri fisco inferre tenetur, qui marmora vel columnas aufert &c. Hoc CARPZOVI sentit quod etiam loco citato n. 66. præjudicio quadam corroborare nititur. Sed in hujusmodi casibus diligenter excutienda sunt circumstantia, v. g. marmoris vel suspensorum insignium vel corollarum & fertorum, quibus fornices faspe exornare solemus, ablatio ex loco, in possessione alterius constituto, est furtum, aufertur enim res aliena domino, qui agre fert religionem monumenti sui denudatione contemni, concurrit tunc furtum cum injuria. (c) Ubi præterea arma adhibentur

qui-

(a) CARPZ. Prax. Crim. P. II. Qu. 83. N. 64. sqq.

(b) L. 4. C. Theod. d. sep. viol.

(c) a. L. 21. ff. d. injur.

Sententia  
Carpzovii ex-  
penditur

quibus v. g. fornices eo facilius possint effringi, item iis resisti, qui effringentes impedire poterant, est tale furtum, ut Ord. Criminalis (d) loquitur, *ein geflossener und gefährlicher Diebstahl*, in cuius vindicta laquei poena circumstantiis urgentibus eodem articulo constituta legitur. Cum ergo una eadem que sit hic furtorum inter se ratio & comparatio, cur Ordinationis Criminalis dispositio locum non inventiat? ut taceam, s<sup>p</sup>cius in templis ejusmodi fieri fornicum effractionem, quod ubi accidat, species sacrilegii oritur, cum a locis sacris effringendis fures ejusmodi nulla religio potuerit deterrere. Imo incidere potest delictum in crimen l*æsa Majestatis*, statua Principis in sepulcro tali violata. (e) Pronunciari ergo in ejusmodi casibus ex opinione nostra posse, credibile est. Ex argumentis aliarum Legum ita non inferremus ad hunc casum, si constitutiones patriæ tam clare loquerentur quam Brandenburgicæ, (f) quæ illis multam s<sup>o</sup>. thalerorum vel relegationem temporalem dictant, qui sepulcra violare audent.

## XXI.

Omnia, quæ in hac sectione adhuc monuimus, *Religio mortuis cadaveribus debita*  
ad religionem locorum, in quibus cœmeteria vel sepulcra sunt, pertinuerunt. Jam ad alterum membrum, ordine ita jubente, avocamus, nimirum attendendum adhuc, quæ religio mortuis cadaveribus

N 3

exhi-

(d) Ord. Crim. Art. 150.

(e) L. 7. §. 4. ff. ad L. Jul. Maj. a. L. 6. ff. eod. conf. ANT.  
MATTHÆI d. Crim. ad Tit. d. l*æsa Majest.* c. 2. n. 22.

(f) Policy-Ordnung d. a. 1686. c. 65. §. 2.

exhibenda, & quæ ad veram religionem iis debitam spectent, quæ minus. Ubi primum hoc nostrum principium erit, ex quo fortasse cetera tanquam rivuli e fonte deducentur: nimurum: *humanitatem prohibere ut quis cadaver insepultum relinquat;* In-jungit hoc Ordinatio Ecclesiastica nostra (a) alle Todten sollen ehrlich begraben uverden. Cum ergo eadem ordinatio omnes honesta sepultura afficiendos curet, ægre omnino ferre videtur legislator in Ephis subsequentibus (b) distinctionem inter divites & pauperes, honestam sepulturam lalentem, apparere. De honesta autem dum sermonem facit hæc ordinatio sepultura, hic quæstio oritur, an ceremonia, in exequiis adhibitæ, augeant religionem, an omissæ fortasse prouersus ei aliquid detrahant. Quæ quidem quæstio si a vulgo decidenda esset, certissimi exspectaretur decisum: exequias splendidis ceremoniis peractas, esse honestas, quæ sine ceremoniis absolve-rentur, ignominiosas videri. Quæ vulgi decisio, uti captui ipsius conformis, ita nec difficile foret judicare, cur tale quid sentiant. Externus enim splen-dor & ornatus sensus eorum occupat, atque adeo tenet, ut, ubi tale quid deficit, certe necessaria quadam pars honestatis & religionis abesse judicetur. Campanarum enim pulsus, ordines lugentium per plateas paulatim repentes, defixa ad terram frons co-mitantium funus, eanticorum devota melodia, ipsis blan-

*An ceremonia  
ad religionem  
pertineant*

(a) Ord. Eccl. art. gen. XV. §. alle Todten.

(b) - . . §. so befindet sich. §. Der ovvegen.

blanditur, aures demulcet, oculisque venerabile spectaculum præbet, ut interim sæpe non considerent finem, quem Christiana Ecclesia ejusmodi ceremoniis in initio institutionis intendit, parum obtineri. Videbimus hæc diffusius, argumenta perlustraturi, cur ceremonia non spectent ad religionem cadaveri exhibendam. Hoc equidem constat, olim nocturnas exequias parum religiosas imo ignominiosas habitas fuisse, interjecto tamen tempore idem modus sepieliendi honorificus habitus fuit, unde indictionis formula: *Er (Sie) wird Abends &c. Chrifl. Gebrauch nach, zur Erde beftattet werden.*

## XXII.

Nimia ceremoniarum quibus in exequiis nostris utimur cura, plurimis, quibus a vanitate remota est mens, dispergit, perfuasi etenim sunt, hoc parum ipsorum cadavera juvare, & sepulturam quidem minus solennem, inhonestiorem tamen non reddere. (a) Quid enim solatii demortuo inde nascitur, si in iplius exequiis magna lugentium caterva loculum sequitur, lugentium gemitus & tristissimos gestus publice contemplari licet, num ideo cadaver, quod deinde cœmeterio infertur, tumulo tegitur, religiosius quiescit illo, quod, uno alterove amicorum comite, sub canticorum & campanarum silentio terra mandatur? Hoc itaque demortuo parum proficere, cum plerisque persuasum sit, non miramur

(a) CARPZ. Jurispr. Confist. L. II. 24. D. 378.



ramur in quibusdam locis ceremonias adeo esse li-

mitatas, ut fere prorsus nullæ appareant in exequis.

Præcipue cum innumeros illos abusus, in ejusmodi publicis, quæ appellamus, funeribus solennes, pondere-

mus. Satius enim ductum a plurimis, a nimis ceremoniis abstineri, quo plebi tumultuandi præscindatur o-

*publica fune-  
ra non sine tu-  
multu cele-  
brantur*

casio. Quis enim nescit cum publicum ducitur funus,

nihil esse frequentius, quam concursum undique ple-

bis, quæ turbis suis religionem, in cuius honorem

publicæ ceremoniæ instituuntur, omnem propemo-

dum, interrumpit; ut ita & illud argumentum su-

tili fundamento nixum videatur, quod hæc ceremoniæ in viventium de mortalitate admonitionem cele-

brentur. Cum enim nil pene quam tumultus audian-

tur & nugationes, quæ vivis de mortalitate potest ha-

rere recordatio? Sunt quidem etiam insigni alias do-

ctrina & prudentia in Republ. conspicui Viri, qui ex-

ternis ejusmodi ritibus delectantur, verum vix cre-

dibile est, ipsis persuasum esse, facere hæc externa ali-

quid ad honestatem & religionem suis cadaveribus debitam. Omnia enim si considerent superstitioni

papatus debere originem, parcus fortasse sibi hæc contingere optarent. Ordinatio nostra Ecclesiastica

hoc docet (b) de campanarum in diversis locis pulsu,

eam quippe ex superstitione papalis ecclesiæ ortum

traxisse, quod hi credant ejusmodi devotis cere-

*non obtine-  
tur finis quem  
ceremonia-  
rum autores  
intenderunt*

moniis a purgatorio animas citius liberari. Interim

nemini prohibetur publice efferre mortuos suos.

Neque

*Inde non se-  
quitur cere-  
monias pro-  
hiberi*

(b) Ord. Eccl. Art. gen. 15. §. alle Todten.

Neque, dum ostendendi animus est, has ceremonias non tangere religionem, forsitan id ideo assertimus, ne sumtus, piis causis debiti, prodige erogentur, quorum favor tantus est, ut cum vel nocturno funere quis efferatur & privatissimo conductu, illis nihil detrahendum sit. Hæc saltem nobis videtur certior opinio, omnem religionem sepulture ejusque honestatem non ex omissione vel augmento ceremoniarum esse judicandam, sed ex personarum qualitate. Alias enim pauper, quem angusta res domi sine ceremoniis sepeliendum jubet, & pestis tempore moriens, qui ob multitudinem cadaverum peculiari curari studio nequit, minus religiose quiesceret? id quod incongruum. Taceo de-

*Si ceremonie  
necessarie, se-  
queretur, pau-  
perum funera  
non esse reli-  
gioſa*

nique ceremoniarum nimium usum plurimis molestum fieri comitantibus. Si enim omnia funera venerabili ceremoniarum pompa ducenda essent, labores officinarum forent negligendi, & sane mulierculis etiam dura lex scriberetur, si inter luctus & lacrymas quotidie sedere oporteret.

## XXIII.

Hæc cum de ceremoniis commentati simus, proxime nunc excutienda venit alia non minus dubia quæstio: an lugendi mos ad religionem pertinet, defuncto exhibendam. Nil penes nos frequenter, quam quod, cum defunctis, quos quoconque cognitionis vinculo tangimus, lumina compressissimus, deinde de lugubri habitu solliciti simus, quo aliis etiam appareat, hujus defuncti defunctæ obitum dolorum & tristitia nobis causam dedisse, in quo sa-

*Ceremonie  
moleſtiam cre-  
ant pluribus*

*Nimius luxus  
in lugendo  
non auget re-  
ligionem de-  
mortuo exhiben-  
daria*

O p i s t i

pissime ad summum fastum & luxuriam usque exceditur. Alia species hujus luxus est, si demortui corpus ad vitium usque habitu ita exornatur, ut omnes leges excedat & prudentiam. Quam hæc res plane privatos non deceat, quamque omnes regulas bonæ politices transgrediantur in utroque peccantes, sequens nunc deductio nostra uberius declarabit. Luge mortuos equidem, humanitatis pietatis, & divinorum quoque præceptorum proprium est. Lege civili etiam (a) maculam quandam incurrire videbatur, qui defunctos, quos amicitia cognationisque unierat vinculum, non lugebat, & merito quidem. Extero enim habitu eoque decenti de eorum obitu dolorem testari, quos vivos amaveramus, ad hoc inquam officium religio nos invitare videtur, sed prodigum esse hoc habitu dementia instar habitum fuit. Inde tum publicis per totum Imperium legibus, quæ ad politiam spectant, inculcatum legimus, nimiam esse abrogandam in lugubri habitu vanitatem, tum privatis patriisque constitutionibus plus simplici vice reperimus vanos in lugendo ritus & arrogantem conditionemque lugentium excedentem luxuriam sedulo esse evitandam. Evolvantur hanc in rem ordinationes Politicæ, in quibus singulis certus modus præscriptus est quem excedere nefas habetur. Quid enim vestium lugubrium luxus ad mortuos? & num eorum memoria magis viget, in splendido lugubri habitu, an in vestimento, quod dolorem tristitiamque, sed decenti modo, designat?

Ergo

(a) L. 23. ff. d. h. qui not. inf.

Ergo nimio in lugendo luxu religioni defuncti nihil addimus. Eorum itaque institutum vel maxime probandum, qui certum in lugendo modum præscribunt, ita, ut tum ætatis ratio habeatur, tum temporis etiam, quamdiu quis ex familia lugendus sit. Quam in rem Constitutiones Magdeburgicæ non incongrue monent, quas personas & quamdiu & qua ratione lugere, & sumitibus gravare hæredes oporteat, &c.  
 (b) v. g. *So will sich doch auch gebühren, daß ein jeder nach seinem Stand und Vermögen eine gezmündende Maaf halte; und sollen dabero niemand von der Freundschaft als Vater, Mutter und Kinder Trauer-Zeichen gegeben werden.* (c)

## XXIV.

Altera luxus species in eo consistit, si mortuorum *Luxus in op-*  
*cadavera insigni ornatu & habitu vestita, terræ mandan-*  
*nandis cada-*  
*tur, quo splendore eximiam religionem exhiberi non*  
*veribus eo-*  
*deficiunt, qui statuant. Credo etiam quosdam existi-*  
*nrum religio-*  
*nem non au-*  
*mare, ita a superstitionibus amicis amore & pietatem*  
*erga defunctum optime posse demonstrari, de quo*  
*tamen valde dubito. Quis enim non videat, ejus-*  
*modi ludicum & paulo pretiosiorem cultum non*  
*posse de religione testari defunctæ personæ debita,*  
*præprimis, cum mortuis hæc prodigalitas non pro-*  
*fit, vivis noceat. Certe omnem naturæ evertere co-*

O 2

nan-

(b) Constit. Magdeb. contin. Num. 119. Edict wegen der Trauer von 25. Aug. 1716. Brandenb. Proceß-Ordn. C. 49. class. I. §. 12. Brandenb. Kirchen-Ordn. C. XII. von Leichen-Bestattungen §. 5.

(c) Hallische Regiments-Ordnung d. a. 1687. Art. 18. §. 1.

nantur ordinem, qui tam stolidas in cadavera impennes faciunt. Vult enim natura, ut homo, qui nudus in mundum nascitur, eodem cultu etiam, neque togatus neque palliatus ex illa discedat. Neque facile hoc, si personis illustribus quoque licet, (a) privatis quoque indulgebitur. Ex variis enim flatutis locorum istud apparet. Lipsiensia (b) ita disponunt in titulo de sepulturis: *Erinnern aber gleichwohl, und befehlen hiermit nochmals daß man die prächtige Ausputzung der verstorbenen Leichen, als insonderheit derer kostbaren seidnen Hartzkappen und mit theuren Spitzen verbremeten Sterbe-Küttel, verguldete und versilberte Creutze, Sträußer, Bilde &c. hinfübro gäntzlichen unterlassen soll, maßen denn denen Creutz-Mache-rinnen und Zuckerbeckern jedesmahl bey Straße 8. Reichs-Thaler, dergleichen zu ververtigen, hiermit untersaget &c.* Habet hæc dispositio & catalogum ornamenti superflui, olim in cadaveribus vestiendis so-lennis, & peccatum insimul eorum complectitur, qui ornamentis funeralibus operam dant. Ex quo apparet, quam hæc non ad religionem defuncti applicari possint, quia alias illorum prohibitio religioni adversaretur, quam ledere magistratu non est liberum. Hæc de ornatu vestium saltim dicta, multo magis inanis ille ornatus, si annuli aurei gemmæque cum cadavere humantur, quod ideo inopinatum videtur, quia hi aurum, quod alii studiose in terra quarunt, spon-te

(a) CARPZOV, Confist. L.II. 724. d.392. n. 17.

(b) Kleider-Ordnung von Begräbnissen, Leipziger Statuta p. 460.

te cum illis defodiunt. Improbat hoc jure Civili  
 (c) ULPIANUS his verbis: *Non autem oportet or-  
 namenta cum corporibus condi, nec quid aliud hu-  
 jusmodi, quod homines simpliciores faciunt.* Iterum habes hoc argumentum, quod hæc ornamenta religionem defunctis debitam non tetigerint, quia Romani, religionum alias studiosissimi, id improbarunt. Jure quidem Canonico textus reperitur, (d) in quo Archiepiscopus cum pallio sepeliendus esse jubetur, sed hæc dispositio ideo introducta, quia successores Archiepiscoporum pallium denuo redimere tenebantur, ergo illud simul sepultum fuisse legimus. Nec religionis testimonium inde elucescere dicebatur, fisci ecclesiæ utilitate hac dispositione primario quaestita.

## XXV.

Remotis hisce speciebus, quæ, si externam fa-  
 ciem intueare, religionem præ se ferre videri pote-  
 rāt, reapse autem honestatem sepulcri, in qua ta-  
 men penes nos plurima religio quærenda, nec augent  
 nec minuant: Nunc de aliis videamus, quæ omnino  
 de religiosa erga defunctum pietate testantur, atque  
 memoriam ejus in aliorum animis magis conservare  
 solent, quam ceremoniarum pompa & in lugubri ha-  
 bitu arrogans luxus. De laudationibus funebribus,  
 quas vulgo *parentationes* vocare mos tulit, sermo est,  
 quas saepius juxta sepulera ideo habitas fuisse constat, &  
 adhuc solenne esse scimus, quo religio sepulcri Auditio-

*Parentationes  
de religiosa  
pietate te-  
stantur*

O 3 rum

(e) L. 14. §. 5. ff. d. relig. (d) c. 2. X. de aut. & us. pall.

rum animos magis excitaret. Huc etiam ille militum ritus trahendus, qui, in commilitonum cadavera & sepultra pii & religiosi, explosis sclopetis, defunctis parentantur. Item si in navibus defuncti in mare prosciendi sunt, cadaver ter circum malum ductum, appenso globo tormentario mari immergitur, non raro, in parentationis exhibet indicium signo tormentis dato. De blanditiarum quidem generibus quæ plerumque nostris orationibus cumulatim solent inferi, hic nemo moveat objectionem. Si enim de vitiis parentatorum dicendum, peculiari tractatione opus esset. Ergo de ejusmodi parentationibus loquemur, quæ de vita bene acta defuncti commentantur, ipsum aliis, ceu exemplar sистunt, cuius vestigiis inherendum, atque ita his, qui ex ejus familia superstites sunt, non exiguum inter luctus solatium relinquunt. Illam etiam consuetudinem, tanquam piam & religionis plenam, hodie in minus solennibus funerum conductibus refineri & approbari cernimus. Ex quo communi aplausu etiam argumentum trahendum, aliquid iis religionis inesse.

## XXVI.

*Concione fu-  
nебри religio  
exhibetur de-  
functo*

Placet deinde aliis non minus solennis mos, ut publice concione quadam funebri memoria aliquantum in viventibus conservetur, ubi tamen nostra Leges inter eas conciones, quas sensu strictiori funebres appellamus, & illas, quas in memoriam defuncti habendas consuetudo introduxit, distinguunt, omnibus promiscue illæ permisæ, haec nemini, nisi gravioribus in republica viris, apud nos concessæ sunt. Quæ con-

consuetudines, uti ob innumera commoda inde emanantia omnino approbandæ sunt, seque ideo omnibus probis commendant: ita præcipuum argumentum inde derivandum, quod ordinatione ecclesiastica, (a) & adeo publica lege illa injuncta & serio inculcata fuerit. Verba hæc sunt: *Darzu denen auch eine kurze Leichen-Predigt und Erinnerung, dadurch sie erinnert, daß sie auch allzumahl sterblich und alle Stunden zum Todte rüsten und bereiten sollen.* Nil magis ergo intendere hanc dispositionem cernimus, quam ut memoria fragilitatis humanæ aliis ejusmodi in concionibus sistetur, quæ mortalitatis recordatio, inconstantisque salutis & valetudinis nostræ conditio, cum insimul sacro cultui divino loco, in animis mortalium excitetur; duplarem religionem ex hoc ritu elicimus, eam, quæ in memoriam defuncti præstatur, aliam, qua de beato ex hoc mundo discessu defunctis gratulamur, benignitatemque Numinis, animarum felicitati prospicientis, collaudamus. Ab hisce ritibus abest vanitas: ergo magis religioni inserviunt.

## XXVII.

Ubi jam de religione defuncto debita sermo fuit, eam servavimus methodum, ut removentes, quæ ad religionem non spectant, illa explicaverimus, quæ ad eam faciunt. Nunc cum paucis adhuc monendum sit, quomodo cadavera violari quoque possint, eodem modo rem tractabimus, primo quidem de iis speciebus aliquid monituri, quæ reapse defuncti debitam religionem non lèdunt, deinde veram & legibus

*Queritur  
quomodo vio-  
letur religio  
mortuis de-  
bita*

(a) Ordin. Eccl. Art. gen. 15. §. *Darzu denen auch,*

bus quoque serio interdictam defunctorum violatio-  
nem subiecturi. Videri quidem poterat, detrahi  
*Non violatur  
si mortuus se-  
parato sepe-  
liatur loco*  
 aliquid religioni mortuis debitæ, si loco separato ca-  
 davera eorum sepeliantur. Namque non adeo hor-  
 ati satisque religiosi sepulcri speciem præ se fert illud,  
 quod in communi cœmterio non cernitur, diver-  
 sa autem accidere possunt circumstantiæ, quaæ rem  
 variant, si inevitabilis necessitas præcipue funda-  
 menti loco ponatur. Quando enim belli tempo-  
 re quis moritur, certe celeritate in ejusmodi turbis  
 reipublicæ opus est, atque tunc prolixis ceremoniis  
 parum studebitur, & religiosa erunt & honesta sepul-  
 era eorum, qui vel in aperto campo humo & levi  
 cespite & gleba teguntur. Deinde quid solennius,  
 quam mortuorum cadavera, pestis tempore loco a  
 cœmterio, aliis defunctis communi remotiori, in  
 publicum projici campum, neque tamen quicquam  
 decedit religioni mortuo cadaveri exhibenda. Pu-  
 blica enim necessitas hoc exigit, ut illa corpora, a  
 quorum putredine infectio metuitur, loco ab homi-  
 nibus non adeo frequentato, & a civitate aliquantum  
 separato, humentur, ne mortui majoris mali causa  
 fint, quam quod ab ipsis in vita existentibus timeba-  
 tur. Poscit id magistratus officium, ut in civitate,  
 quaæ tales patitur calamitatem, viventium commo-  
 dum mortuorum curæ præferat, & quovis modo im-  
 minentia mala avertat, quaæ omnia, si fusius explicata  
 legere libet, optimo ordine collecta habes in CARPZO-  
 VIO. (a) Sed quid in illum provocem? cum istud &  
fana

(a) CARPZ. Jurispr. Ecl. II. 24. d. 394.

sana ratio imperet, ex qua nostra argumenta deduceta sunt & patriæ leges itidem nobiscum consentiant: (b) Ingleichen können die Leichen derer an verdächtigen Krankheiten verstorbenen Adlichen Personen zu solcher Zeit in die Kirchen und darinnen beständlichen Begräbnisse nicht gesetzt noch begraben werden. Item (c) dass die Leichen derer so an verdächtigen Krankheiten verstorben, so bald möglich unter die Erde gebracht, auch vvo kein absonderl. Pest-Kirchhof vorhanden, ein entlegener Ort darzu angevviſen vverde &c. Cum enim vel diligentissima cura omnibus incommodis avertendis sāpe non sufficiat, summis magistratibus non cedet opprobrio, si ea, quæ evidentissimam civium internectionem minantur, quavis industria & exacta solicitudine evitare conantur. Neque enim iis lēditur religio, quæ si vel aliquid pateretur detimenti, quod tamen revera non sit, istud tamen verissimum est, pietati in cives vivos plus deberi quam religioni mortuis debitæ, si forsitan necessitas eam omni ex parte adimplere veter.

## XXVIII.

Prodit alia species quæ itidem ne latum quidem  
unguem religioni adversatur, si publica utilitas id sie-  
ri svadeat. Nimurum cum corpora defunctorum

P jam  
Non lēditur  
religio se  
transfor-  
tur cadave-  
ra, & effo-  
diantur

- (b) Special-Verordnung von Kirchen und Schulen d. a. 1713.  
d. 11. Dec. §. Ingleichen.
- (c) Special-Verordn. von Policey-Sachen die Contagion-Anstalten betreffend. d. 2. Dec. 1713. §. Wegen der Begräbnisse.

jam pridem sepulta effodianter, qui casus quando ad iuris civilis normam debuisset decidi, (a) facile hoc modo religio sepulcri violata videretur, verum si modernos mores & eam, quam hodie de religione sepulcrorum opinionem fovemus, intuere, publicis id legibus praeceptum animadvertisimus, ut in causis homicidium concernentibus interfectorum cadavera, sive infantum sive adulorum jam effodianter iterum, ut de corpore delicti constet judici, & queso, num religio latitur, ubi publicis satisfit Legibus? Sed hic casus hanc rem non solum decidit. Videmus aliud quotidie adhuc accidere ut ubi v. g. puteus extruendus, cisterna adificanda cadavera in fundo reperta, effossa transferantur, nemine de religione scrupulum movente. Evidem si ZIEGLERI sententiam sequi vellemus, dicendum nobis foret: (b) *Evellere corpora inhumannum esse, ipsamque humanæ & communis fortis considerationem mortuos nobis commendare;* verum sine dubio interpretationem patientur hujus autoris verba nisi necessitas exigat. Ipsum enim jus Canonicum translationem cadaverum e sepulcris imperat (c) eo in casu, si quis parochianum alibi quam in ecclesia parochiali sepeliat, vult quippe ille textus ut suæ restituatur ecclesia, sepultum alibi cadaver. Quæ quamvis hodie in desuetudinem abierint, attamen inde videre licet translationem & effosionem cadaverum non adversari religioni quam ipsum Jus Canonico-

(a) L. 40. ff. d. rellg. L. 10. C. cod.

(b) ZIEGL. Instit. Jur. Canon. L. II. Tit. 18.

(c) C. 5. X. d. sepult.

nonicum, religiosis moribus addictissimum, injungit. Interim, cum ejusmodi defossæ cadaverum exuvia reperiantur, religio imperat ut ossaria extrahantur, quæ conservandis ejusmodi cadaveribus interfervire possint. Indignum enim judicamus sodalium nostrorum corpora nobiscum quondam resuscitanda, promiscue & tanquam res nihil abjecere.

## XXIX.

Uti autem maximæ iniquitatis rei sunt, qui ossa *Religionem*  
humana promiscue projicere religionisibi non ducunt, *cadaveribus*  
ita ii vel maxime peccant, qui integra quoque cor-*negat qui ea*  
pora a justa ipsisque debita sepultura prohibent. Hæc  
tamen religio, quæ omnia cadavera sepelienda jubet, *non sepelit*  
non ad eos extendenda, qui legibus publicis a sepul-*Hæc religio*  
tura repelluntur, quales sunt malefici, rotæ v. g. impo-*non exten-*  
siti, patibulo suspensi, qui uti vivorum confortio-*denda ad ca-*  
indigni fuere aestimati, ita & a religione honeste mor-*davera puni-*  
tuis debita arcentur, quod & lex civilis (a) juber. *torum*  
Hodie autem eorum in quas animadvertisit, corpo-  
ra non aliter sepeliuntur, quam si fuerit petitum &  
permisum & nonnunquam non permittitur, maxime  
majestatis causa damnatorum. Unde nec ille religio-  
nis curam pro sua defensione alleget, qui a patibulo  
vel rota quem surripuerit, ut ipsum sepeliret, quo exi-  
stente casu in ejusmodi surripiente arbitria poena  
locum inveniet. Unde nec injustum crediderint la-  
tronem vel alium maleficum a furca vel rota surre-  
ptum iterum effodi & denuo rotæ imponi, quem in  
casum utiliter huc applicari potest exemplum ubi il-

(a) L. i. ff. d. cad. punix.

lius, qui hic Lipsia in effigie patibulo affixus erat, imago cum dejecta esset, denuo suspendebatur. In genere autem illa punitorum cadavera hodie ex mandato Serenissimi & Potentissimi Principis ejusque Majorum Anatomiis publicis traduntur, (b) nisi in exemplum aliorum publico spectaculo piæque in alias admonitioni inservire debeant. De ejusmodi itaque maleficis & de eorum sepultura non sumus solliciti, quoconque enim modo illi mutilentur, dissecantur, non tamen de laesa religione vel injuriarum actione conveniri possunt, qui studio medico incumbentes tale quid in maleficorum cadaveribus perpetrant. (c)

## XXX.

*Religio ledi-  
tar defuncto  
debita si ven-  
datur cada-  
ver*

Nos de ea potius solliciti sumus quæstione, an hominem liberum nullumque meritum supplicium vendere liceat? Durum certe est, & omnium consensu, quantum hariolari licet, injustum habitum, si quis ex defuncti corpore turpe lucrum sibi parare cupiat. Verum cum nile tam improbum tamque omnem fidem excedens factum sit, quod interdum non audient mortales, ita & ejusmodi audacia frumentum injicere magistratus vi officii sui cogitur. Juris Natura principiis valde adversatur si privatus in privati corpus disponat, quod facere solius est principis. Est autem hoc egregium exemplum, in quo pietas & religio defuncto cadave-

(b) Visitations-Decret über 12 decidirte Gebrechen bey der Universität Leipzig d. 11. Jul. 1616. §. Ingleichen, dass die Prof. &c. Mandatum d. 6. Jul. 1716. & d. 12. Aprilis 1723.

(c) Arg. L. 33 ff. d. injur.

daveri debita prorsus exuitur. Unde justissime cu-  
jusvis loci senatus, ubi tale quid contingere, ex offi-  
cio inquiret, corpusque quod justæ sepulturæ subtra-  
ctum fuit, repetit, humoque tradit. Nec obstat  
porest si studiosi medicinæ sectionum solliciti, ea  
licentia utantur, cum mala non sint facienda, ut inde  
eveniant bona. Simili in casu viro suo tempore ex-  
perientissimo & accuratissimo contigit, ut, cum ejus-  
modi cadaver receptasset, ex sententia Scabinat. Lips.  
extraordinaria multa ei dictata fuerit. (d) Satis con-  
stat si Romanorum tempore tale quid accidisset, ut quis  
hominem, quem libere natum ingenuitas, & honeste  
defunctum, religio defendebat, vendere vel mutilare  
ausus fuisset, illum gravem animadversionem non ef-  
fugisse.

(b) **XXXI.**

Hic commodissime illa quoque violata religio-  
nis species annexi poterit, si de Jure Stolæ, quod ap-  
pellant Pontificii in primis, sermo sit, & quæstio oria-  
tur, an juste funeralia possint toties exigi quoties ca-  
daver transferendum per novas parochias transvehi-  
tur. Notat hoc casu Pontificiorum avaritiam STRY-  
KIVS, (a) & durum nimium esse existimat hoc exi-  
gere vectigal. Jure autem Canonico hæc ita excu-  
fantur, ut pro Simonia habeatur, si quid pro sepultura  
& funeralibus sumitur pretii, verum cum offeratur,  
pro eo crimine non reputetur. (b) Quædam enim

P 3

cre-

*Pro translate  
per territoria  
cadavere an  
vectigal recte  
exigatur*

(d) Ita pronunc. Scab. Lips. Mens. Decemb. 1720.

(a) STRYK. Us. mod. ff. d. Relig. c. i. §. fin.

(b) c. 42. X. d. Simon.

creduntur honeste accipi, quæ inhoneste petuntur.' (c)  
Sane si dicendum, quod res videtur suadere, exper-  
faspiis caufis in tali casu collatas nemo improbabit,  
sed pro cadaveris translatione plus simplici vice extor-  
quere pecuniam, durius sapit, non dicam religionis  
cadaveri debitæ violationem.

XXXII.

*Læditur alii  
multis modis  
religio*

Præcipuas itaque species quæ religioni contra-  
riæ sunt, recensuimus, si quis cadavera non solum inse-  
pulta relinquat, sed & insuper ex eorum venditione  
& ex vestigiali pro eorum translatione sumto lo-  
cuples fieri optet. Diversa autem alia sunt læsi-  
num genera si quis effossis tumulis vel effractis fornici-  
cum januis de habitu defunctorum aliquid auferat an-  
nulos defunctorum digitis detrahatur, ipsos exuat, &c.  
in iis casibus Constitutionis patriæ rigor obtinet. (a)  
Ubi qui effodiunt & spoliant defunctos & relegantur  
& virgis cæduntur, quod si armata manu aggressi sepul-  
era fuerint, tunc gladii poena dictari imperatur: qua  
in re consentit Constitutio Politica Brandenburgica. (b)  
Turpis etiam cupido & temeraria audacia quosdam eo  
usque adegit, ut, dum coitum cum defunctis fœminis  
tentarunt, horum cadaverum religionem in honestissi-  
me læserint, eos Constitutio(c) gladio puniendos esse, ob  
facinus ab humanis ingenii alienissimum, serio mandat.  
In genere autem in violatore Religionis & spoliatoribus  
sepulcrorum ultimum non statuitur supplicium, si de  
cor-

(c) L. I. §. 5. ff. d. Extraord. Cognit.

(a) P. IV. c. 34. conf. l. f. d. f. ff. d. sepulcr. viol.

(b) Brandenb. Policey-Ordn. d. a. 1686, c. 65. §. I.

(c) C. ined. V.

corpore delicti non constet, tunc enim sustigatio & perpetua relegatio dictari solet. Ut pronunciaverunt Seab. Lipsienses: (d) Als ihr uns Cyriaci Wincklers Uhrgicht und was zu desselben Defension abermals in Schriften übergeben worden, zusammt vorigen vvieler ihn, ingleichen Andreas Knoffen und Hans Christian Reinhardtens, ergangenen Inquisition Aeden. &c. Sp. W. Ob vwohl Cyriacus Winckler, als er Inhalts unsers vorigen Urthels dem Scharffrichter auf gewisse masse übergeben worden, vor demselben erhalten, dass er unterschiedene begrabene Körper und Leichen selbsten nicht beraubet und beraubcn helfsen, die zwey Ringlein, so neben der Lindnerin Begräbniss von ihm und Knoffen gefunden seyn sollen, ingleichen das mit Silber beschlagene Buch, die güldenen Galonen und Rosen, wie auch das Crucifix aus den Finckelthüschen Begräbniss, welches er nebst Knoffen verkauft, begrabenen Körpern nicht abgenommen, sonst auch mehr Körper und Leichen nicht beraubet, sich auch mit Knoffen und andern dergleichen Beraubung zu begeben nicht unternommen; dieweil er aber dennoch nicht in Abrede seyn können, dass sie den Ring welchen Andreas Knoff Herr D. K. Körper abgezogen und geraubet, von denselben wissentlich gekauft, auch dass Knoff diese und andere Beraubungen begangen, wohl gewüst, und solches nicht offenbahret, über diese und dergleichen Sachen verhandeln helfsen, und davon seinen Anteil bekommen &c. So wird Cyriacus Winckler dieser Begünstigung wegen, mit eviger Landes-Vervuefung in Straffe billich genom-

(d) Mensf. Jul. 1677. an die Stadt-Gevichte zu Leipzig.

nommen. Betreffende Andreas Knoffen und Hans Christian Reinhardtens, werden dieselben gestallten Sachen nach, und vveil man v wegen der Corporum delicti allenthalben gnugsame und völlige Gewissheit nicht erlangen können, mit Staufen-Schlägen des Landes evvig verviejen. V. R. W.

## XXXIII.

*De religione  
locorum sup-  
plicii & ceda-  
verum iis im-  
positorum*

Hac de religione locis cadaveribusque honeste sepultis debita, nunc etiam de religione publicis supplicii locis exhibenda, quid dicendum, quæ ex tenore legum nostrarum non exigua est. Ista enim loca sua natura quandam sibi vindicant sanctitatem, cum ab injuriis aliorum munita sint, (a) cui sanctitati insuper quædam religionis particula accedit, dum cadavera maleficorum iis imponuntur. Unde factum ut nil ex illis auferre nec illa londere liceat. Justitia enim quæ in ipsis suum exercuit rigorem, nunc ea defendere videtur. Interim haud raro accidit, ut maleficorum affixorum corpora vel prorsus ex iis detrahantur, vel pollices, manus, caput amputetur. Illud amici & cognati subinde tentant, ne triste familiaris sit spectaculum suspensus fur vel rotæ impositus latro; hoc ii audent, qui superstitione vana capti credunt abscessos pollices furis rei familiaris commodis augendæ inservire, nec deficit tertia species eorum, qui neque amore neque superstitione, sed furti cupidine tacti, latroni vel furi vestes detrahunt; Hæc tria furtorum & violatæ religionis specimina peculiari-

bus

(a) L. 8. ff. d. R. D.

bus quoque legibus castigantur. Ita quidem, ut, qui amore erga defunctum motus, id faciat, si sit cognatus, mitius puniatur & mulctetur vel carcere puniatur.  
 (b) Indulgetur enim hic aliquid fervori, quo ii occupantur, quos cognitionis vinculum continet. Ii contra qui in superstitione nimium creduli, ex abscessis membris præternaturali modo lucrum captant, si præcipue magicas artes adhibent vel cum ex alio malo proposito id faciunt, ex eadem constitutio ne virgis cæduntur, relegantur vel alias arbitrarie puniuntur (c) adeoque Seabini Lipsienses (d) Andream Karsch, ob abscessum malefico caput & manus, in 10. annos relegandum esse duxerunt. Eorum enim cadavera, qui suam jam perpepsi sunt pœnam, libidini aliorum & malitia merito subtrahuntur. Eos denique qui maleficiis in patibulo aut rota vestes exuunt, virgis cædendi sunt. (e) Hæc orationia pro defensione religionis, etiam cadaveribus punitorum debitæ, satis militant.

## XXXIV.

Ultimo loco & coronidis instar adhuc aliquid de ea monere materia liceat: Quis de sepuleris eorumque religione Jus dicat. Hæc uti copiosissimam omnino præbet differendi occasionem ita singularis positionibus illam absolvemus. In genere sciendum:

(b) P. IV. c. 34. §. *Diejenigen.*

(c) - - - §. *Da es aber*

(d) Mens. Nov. 1708.

(e) P. III. c. 34. §. *Die aber.*

dum, cognitionem de funerandis defunctis esse magistratus politici, at cognitionem de ceremoniis in funere adhibendis, ecclesiastici, (a) Pontificii ilorum cognitionem episcopis tribuunt, (b) uti iidem cœmeterii extruptionem ad Jura Episcopalia referunt, ob consecrationis cereorum, missarum aliosque ritus, qui cum hodie apud nos cessent, Juri patronatus alii adjudicant cœmeterii exruendijus, quod tamen CARPZOVIUS ad Consistoria pertinere ait. (c) Unde ex ærario ecclesiastico quoque ea tanquam ecclesiaæ accessiones ædificanda dixeris, (d) atque si ecclesia non sufficiat ferendis sumtibus, paroecianos ad eam structuram contribuere quodammodo teneri, si vero cœmeteria sint in civitate & templis consensum Patroni non excludit CARPZOVIUS (e) ad illius sententiam accedit BRUNNEMANNUS. (f) Cœmeteria inquit ut res, quæ accessoria templorum sunt, Episcopis esse adscribenda. De cœmeterio ad Ius sepulturæ ejusque religionem transitus fit, quod Ius itidem ab ecclesia esse impetrandum CARPZOVIUS censet. (g) In iis tamen provinciis ubi Pontificis potestas aliquantum limitata est Controversia de Ju-

re

- 
- (a) Illustr. BERGER. oecon. Jur. L. II. T. 1. §. 3. Not. 8.
  - (b) STRYK. us. mod. ad Tit. ff. d. relig. §. 4.
  - (c) CARPZ. Jurispr. Eccl. II. 24. d. 385.
  - (d) conf. Art. Gen. 15. it. art. 32. pr. Christ. Decif. Belg. Vol. II. Dec. XXIV.
  - (e) CARPZ. Jurispr. Eccl. II. d. 390.
  - (f) BRVNNEM. Jus. Eccl. L. II. c. 2. §. 12. ibique STRYK.
  - (g) CARPZ. Jurispr. Eccl. I. Tit. 1. def. 10.

re sepulturæ ad magistratum politicum spectat, in Rec. Imp. (h) enim laicis quoque de rebus Ecclesiasticis judicare licet. Ergo & jus sepulturæ Juri patronatus cohærere existimare. Ita jurisdictionis politicae vis porro imperat ne quenvis in via mortuum repertum sepelire liceat, (i) sed is qui Jurisdictione gaudet, tollere debet cadaver, præcipue si inquisitio jam de tali reperto cadavere instituta sit. (k) Interim quæ ad liturgiam spectant Consistoriis relinquuntur. (l) Porro quæ de religione sepulcri avtochiris neganda statuenda sunt, ad politicum magistratum pertinent, (m) si tamen melancolia captus se ipsum vita privarit, speciali mandato consistoriis cura & Jurisdictione de eorum sepultura reservata fuit; si alia causa singularis morti ansam præbuit politico magistratui, uti & in iis qui duello perierunt, cognitio certo modo tribui solet. Rescripti tenor plenius id explicat:

*Von Gottes Gnaden, Friedrich Augustus,  
König in Poblen &c. Hertzog zu Sachsen, Jülich,  
Cleve, Berg, Engern und Westphalen &c.  
Cburstürsl. &c.*

*Würdige, Hochgelabte, Liebe Andächtige und  
Getreue. Demnach wvir v wegen Beerdigung der  
Q 2 Selbst*

(h) Rec. Imp. d. a. 1555. §. Damit. 20.

(i) conf. Land-R. L. 3. art. 90.

(k) CHRIST. BE SOLD. in Polit. Part. I. c. 12. n. 78.

(l) STRYK. Us. mod. ad Tit. s. d. relig. §. 5.

(m) ZIEGL. Inst. Jur. Can. L.II. tit. 24. §. 12.

Selbst-Mörder an unsere Rechts-Collegia generaliter verordnet, daß bey Fällen, da die Selbst-Entleibung aus Melancholie und nicht von Misshätern im Gefängniß, oder unter des Criminal-Richters Hand geschehen, gedachte Collegia sich des Sprechens enthalten, und die Sachen an die Consistoria verweisen sollen, immassen aus dem Einschluß in mehreren zu ersehen. Da hingegen diejenigen Selbst-Mörder, welche ex conscientia delictorum und aus Furcht der ihnen bereits dictirten, oder doch noch zu gevarten habenden Lebens-Straße zumahl in atrocioribus, ihnen selbst das Leben nebmen, ihre Körper mit der Hinnauschaffung auf den Schind-Karren, oder Schleiffe und der Vervirckung in die Erde unter den Galgen, oder auch öffters noch mit Galgen, Rad und Feuer gefürraffet werden, welche Strafe allerdings zur peinlichen Gerichtsbarkeit zu ziehen, also niemand anders als der Weltlichen Obrigkeit zu kommen kan, da denn die Consistoria mit denen welchen die sepultura ecclesiastica von Rechts wegen versaget wird, so wenig zu thun haben, als es verbothen ist, daß die Clerici sich in die Weltlichen Händel und sonderlich in die casus sanguinis nicht mengen sollen, auch sonst viele unanständige und denen Consistorii selber beschwerliche Irregularitäten daraus entstehen würden, die Rechts-Collegia auch von undencklichen Zeiten alleine in dergleichen Dingen zu sprechen befugt sind, als haben wir auch solches zu eurer Nachricht bierdurch wissend machen lassen wollen. Daran geschicht unsre Meinung. Datum Dresden den 13. Mart. 1719.

Interim

Interim cum aliquando repertus fuisset suspensus in arbore, ita pronunciarunt Seab. Lipsiensis, (n) ut & Consistorii & Superintendentis decisum excluderent. Quarebatur enim: Ob nicht der Gerichts-Herr dem Superintendent oder dem Consistorio von dem, was vorgangen ist, Nachricht geben, und, wie es mit der Beerdigung zu halten, Bescheid erwarten sollen, oder ob er solchen von den Orte, wo man ihm angetroffen, verscharren zu lassen befugt gewesen? Ob nun wwohl derer Begräbnisse halber ein und andere Ordnung zu veranlassen, auch in gevissen Fällen, insonderheit bey ereigneter Contradiction wie es damit zu halten, die Entscheidung denen Consistoriis gänzlich nicht zu entziehen, insgemein auch, dass einer sich nicht selbst ermordet vermutet, und darüber, dass regulariter ein jedoveder der arme so wwohl als der Reiche, auf Begren ein ehrlich Begräbniss erlange, nicht unbillig gehalten wvird. D. a. u. d. die poenam Avtochiria, darunter die denegatio honesta sepultura mit gerechnet wvird zu determiniren, und die vorhergehende cognitio causæ, gleichwie in delicto usurariæ pravitatis, auch andern, da die Bestattung zu Erde mit Ceremonien eingezogen wvird, dem Magistratui politico nach der ihm zustehenden Jurisdiction oblieget, so dann aber, wenn von dergleichen Leuten von denen Befreunden auf den Gottes-Acker, oder sonst, ein besser Begräbniss verlanget, die Sache dadurch zweifelhaft gemacht  
and die obige ab 1710. auf den Q 3. wvird,

(n) an Dominic. Gervas. Severum Muel. Jur. 1710. nach Gallicien.

wvird, und zur contradiction gedeyhet, auch die Geistliche Gerichte, v wegen des zumahl solchen falls darzukommenden Kirchen- Interesse , angegangen zu vverden pflegen, dergleichen hingegen allhier sich nicht er eignet, da euren Anziehen nach, die Freunde des er hängten bey den Gerichts - Herrn sich nicht gemeldet, viel vveniger des Begräbnisses halber etwas erinnert, und also b y der bloßen Omission des Begräbnisses auf einen Kirch - Hoff verblieben, biernächst besagter Gerichts - Herr vwohl zu consideriren gehabt, dass, durch den übeln Geruch des schon so viel Tage gehangenen Cörpers, insonderheit bey ietzigen Zeiten, da v wegen der Contagion und dergleichen beschwerlichen Zufällen alle mögliche præcaution zu gebrauchen, insonderheit v wenn er nunmehro erst weit gefüret, und in eine Dorffschaft unter die Leute gebracht würde, gross Unheyl angerichtet woerden könnte, vvo vor, als eine die Policey concernirende Sache, iedwede Weltliche O brigkeit vornehmlich zu jörgen, und dass der Gerichts - Herr ihn hier an dem Orte also fort, da man ihn gefunden begraben lassen, Ursache gehabt E. So ist auch der Gerichts - Herr zu Grünewald dem Körper des erhangten Martin Kipschens, ohne eine Verordnung von dem Consistorio oder Superintendentalen, einzuhoblen, begraben zu lassen vwohl befuge gevvesen.

Denique nec actionem funerarium coram Con sistoriis institui, neque de transferendis cadaveribus iisque effodiendis, neque de puniendis violatoribus reli-

religionis regulariter & præcise consuli magistratum ecclesiasticum videmus. Ut itaque primo principio inhærendum sit, magistratum politicum de funerandis cadaveribus statuere, ecclesiasticum de ceremoniis & aliis sub hanc classem pertinentibus speciebus sententiam ferre. Habes hic L. B. ea quæ de religione sepulcrorum commentari Leges nostræ suaserunt. Si enim in aliarum ditionum Leges investigandi animus esset, larga nobis de religioso reliquiarum Sanctorum deque contemptorum earum pena differendi materia præberetur. Quid de expeditonibus adhuc monendum esset, quæ quotannis ad Servatoris nostri & alia sancta sepultra religiosissime suscipiuntur, quid de eo ritu dicendum foret, quo summorum in plurimis regnis Principum cadavera diversis locis humantur, ita ut alio in loco viscera, alio iterum cor & denique residua membra peculiari quoque sepulcro condantur, sed nimium fortasse hoc modo extravagati fuisse videremur. Nunc æquam saltim expectant conatus nostri interpretationem, qui Tuam L. B. voluntatem & benevolentiam suis omnibus commodis & rationibus præferre optabunt.

**F I N I S.**

CONSPE-

## CONSPPECTVS DISSERTATIONIS.

## SECTIO I.

- I. *Omnium gentium de sepultura corporum suorum sollicitudo, deque eadem paradoxa quorundam Philosophorum sententia.*
- II. *Romaniorum cura in sepeliendis mortuis, quam & cives & hostes ipsorum experiebantur.*
- III. *Sepulcrorum definitio Romanique ritus circa sepulturam ex definitione eliciti, item divisio sepulcrorum.*
- IV. *Omnia sepulcra Romanis religiosa fuere. Subiungitur critica vocis RELIGIOSI. Sepulcra insuper sacra & sancta appellata.*
- V. *Religio in sepultura mortuorum cum pietate unita. Diversitas pietatis a religione. Pietas Cadaveribus presentibus exhibita.*
- VI. *Pietas absentibus cadaveribus peculiariter & denique utrisque simul praestita. Libitinarii circa pietatem occupati.*
- VII. *Transfatio ad materiam de religione sepulcrorum.*
- VIII. *Numa autor sanctorum confuetudinum. Idem circa sepulcra sollicitus.*
- IX. *Requisita religiosi sepulcri. Mortuus legitime inferendus.*
- X. *De agro oppignorato apud Romanos Lex singularis.*
- XI. *Cur Cenotaphii nulla religio tributa fuerit.*
- XII. *Illatio membrorum defunctorum diversis locis facta, quam operetur religionem. Locus ille religiosus cui caput illatum.*
- XIII. *Religio sepulcri in longius spatium extensa.*
- XIV. *Perpetuae sepulturæ corpus tradendum erat.*
- XV. *Religio etiam cadaveribus exhibita. Vinum & bac libatum. Coma praesepta. Urnularum lachrymalium usus. Lucerne funerales sepulcris conditæ.*
- XVI. *Cur gleba injecta furrerit humaiis.*

XVII.

- XVII. Terram levem precabantur sepulto cadaveri amici.  
Hinc inimici a sepulcris arcendi.
- XVIII. Romani cadavera & sepultra colebant religiose;  
arg. I. Persuasi, animas cum corpore demortui idem  
incolere sepulcrum. Stoicorum de hoc argumento sen-  
tentia.
- XIX. Doctorum gentilium circa hanc opinionem dissensus.
- XX. Metus spectrorum, religionis incitamentum. Varia  
superstitionis genera, religionis testimonia.
- XXI. Argumentum. II. DIS Manibus dedicata sepultra.  
Cupressus sepulcris religiose dicatae.
- XXII. Ritus in cultu Inferis Manibus praestando solennes.
- XXIII. Annua parentalia religionis indicia. Serta aliaque  
ornamenta ad monumentum suspensa. Epulae institutae.
- XXIV. Juramenta per religionem sepulcrorum praesita.
- XXV. Arg. III. ex dignitate sepulrorum & amore erga eos-  
dem elicitum.
- XXVI. Violatio Religionis apud Romanos vel rangebat se-  
pultra, vel cadavera eo posita. Violatio sepulcrorum  
contingebat illatione illegitima.
- XXVII. Contingebat violatio sepulcri demolitione ejus. Ab  
hac sibi cavebant Munitione.
- XXVIII. Maceriarum usus.
- XXIX. Species demolitionis que religionem non violabant.  
v.g. Refectio: sepulcrorum hostilium eversio. &c.
- XXX. Habitatio in sepulcris vetita, dolo mala facta.
- XXXI. Alienatio sepulcrorum illicita.
- XXXII. Prohibita alienatio, 1) quo eximerentur sepultra  
naturae profanarum rerum. 2) Quo familiaria sepul-  
tra in familia manerent.
- XXXIII. Violatio Cadaverum contingebat: Contrēctione,  
Mutilatione.
- XXXIV. Contrēctorum pena. Preceptum ne mortua  
Cadavera exornarentur. Thesaurum in sepulcro con-  
tredire religio non vetabat.

- XXXV. Nec transferenda erant cadavera, nisi necessitas translationem imperasset.
- XXXVI. Cadavera punitorum iisdem ritibus transferenda.
- XXXVII. Venia translationis a Pontifice petenda.
- XXXVIII. Ad tempus reposita cadavera inscio Pontifice translata. Justa transferendis cineribus exhibita.
- XXXIX. Cadavera in via non erant vexanda, & per territoria oppidorum transvehenda.
- XL. Religio sepulrorum interdictis munita.
- XLI. Actio sepulcri violati data; que etiam popularis.
- XLII. Pro gravitate delicti & personarum qualitate in violatores animadversum. Quædam actio etiam pecunaria.
- XLIII. Cognitio de Religione sepulrorum Pontificibus competens.
- XLIV. Multa arcae Pontificum illata.
- XLV. Inscriptio quædam enucleata.
- XLVI. Aliae inscriptiones enarratae.
- XLVII. Sectionis prime Conclusio.

## S E C T I O N I I .

- I. Sepulcra Christianis Imperatoribus etiam religiosa.
- II. Primæ Ecclesiæ in sepeliendis mortuis ritus.
- III. Transfusio a ritibus ad Leges a Christianis Imperatoriis latae.
- IV. Religio sepulcris alia, alia cadaveribus sepultis praestita. Hic de sepulcris primum sermo est.
- V. De pena in sepulrorum violatores statuta. Juliani lex severitatem sapit. Lex Constantini expedit casus.
- VI. Non licitum reficere sepulcra sine prescritu Pontificis.
- VII. Quis crimen violate religions ad Judicem detulerit.
- VIII. Altera violationis species cadaver humatum spectabat.
- IX. Translatione reliquiarum corpus humatum violabatur. Primo translatio cadaverum in genere prohibita.
- X. Deinde vendi emique prohibentur sanctorum reliquie.
- XI. Porro ostenditur, que Martyrum reliquiis religio debeat.

XII.


- XII. Inania sepulcra vel cenotophia evertere erat licitum.  
 XIII. Additio quarundam Legum de sepulcrorum violatoribus.

## S E C T I O III.

- I. Non sufficit antiquas Leges nosse, sed ex Saxonis Legibus religio sepulcrorum quoque exponenda.
- II. Sepulcra hodie minus proprie ad res religiosas referuntur, interim ea religiosa vocabimus.
- III. Objectio de piis in exequiis ceremoniis removetur.
- IV. Divisio sepulcrorum in honesta & ignominiosa. Quibus & in quo loco debeatur honestum sepulcrum.
- V. Hodie quolibet loco sepelire non licet.
- VI. Privatum monumentum erigere non est liberum.
- VII. Fundus privato proprius adliberi potest, si extruendum sit publicum cemeterium. 1) Quia publica salus in hoc negotio versatur. 2) Quia domino fundi justum solvitur pretium.
- VIII. De Religione coemeteriis competente agitur: Sepulcra in coemeteriis existentia vendere religio permittit.
- IX. Non infrequens est in concursibus creditorum sepulcrorum venditio. Statuta Lipsiensia idem comprobant.
- X. Religio sepulcrorum colligitur, 1) Ex certa profundi-  
tate, qua ipsis prospicitur, 2) ex cancellis in aditu positis.
- XI. Religio sepulcrorum non augetur, si spectra tuis obambulare credantur. Nec ex signo crucis colligenda religio.
- XII. Thesauro reperto in sepulcro, non violatur ejus religio.
- XIII. Species quibus violari religio sepulcrorum creditur. Duello decernentes a religiosis sepulcris prohibentur.
- XIV. Avtochiri inter religiosa sepulcra nullus conceditur locus.
- XV. Alia scelerorum genera habet, quos religiosa sepulcra respununt. v. g. Hæreticos, in Torneamentis pere-  
entes, Excommunicatos, parricidas, usurarios.
- XVI. Ratio cur hi recensui homines a religiosis sepulcris arceantur.

- XVII. *Casus excepti, quibus non læditur sepulcrorum religio, v.g. illatione illius, qui infelici morte periit. Non baptizati.*
- XVIII. *Partus mortuorum.*
- XIX. *Hostis illatus sepulcro, ejus religionem non inquinat.*
- XX. *Pœna in violatores sepulcrorum Jure Saxonico nulla specialis. Sententia Carpzovii expenditur.*
- XXI. *Religio mortuis cadaveribus debita. An ceremoniae ad religionem pertineant.*
- XXII. *Ceremoniae cadaveri non profundi. Publica funera non sine tumultu celebrantur. Non obtinetur finis quem ceremoniarum autores intenderant. Sed ceremoniae non prohibentur. Verum non sunt necessarie, alias sequeretur pauperum funera non esse religiosa. Ceremoniae molestæ pluribus.*
- XXIII. *Neque nimius luxus in lugendo, auget religionem mortuo exhibendam.*
- XXIV. *Neque luxus in ornandis cadaveribus.*
- XXV. *Parentationes de religiosa pietate testantur.*
- XXVI. *Conciones funebres religionem exhibent defuncto.*
- XXVII. *Quæritur quomodo violetur religio mortuis debita. Non violatur, si mortuus separato sepeliatur loco.*
- XXVIII. *Non læditur religio, si transferantur & effodiuntur ossa.*
- XXIX. *Religionem autem negat, qui cadavera non sepelit. Hæc religio non extendenda ad cadavera punitorum.*
- XXX. *Si vendatur cadaver hominis, læditur religio.*
- XXXI. *Pro transvecto per territoria cadavere an vestigia recte exigatur?*
- XXXII. *Læditur multis aliis modis religio. Poena Violatorum religionis.*
- XXXIII. *De religione locorum supplicii & cadaveribus iisdem impositis.*
- XXXIV. *Jurisdicçio de sepulcris eorumque religione ad quem pertineat.*






00 A 6337



SB

Rheo J





27

EX  
SPECIALI CONCESSIONE  
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI  
REGIS POLONIA RVM  
ET ELECTORIS SAXONIAE  
DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI  
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS  
CONSENSV  
DE  
RELIGIONE SEPVLCRORVM  
SINE P R A E S I D E  
DISPVTABIT  
GEORGIVS CHRISTOPHORVS  
PLAZ, Lips.  
J. V. Ldus.  
LIPSIAE D. XXI. DECEMBR. M DCC XXV.  
LITERIS IMMANVELIS TITII.